Πανοπλία, ας, ἡ, (a πάνοπλος ex ὅπλον et πᾶς) *completa armatura* i. e. scutum, gladius, pila, galea, ocrea, pectorale, *arma* a) propr. Luc. XI, 22. — (2 Macc. III, 25. LXX 2 Sam. II, 21. Job. XXXIX, 20. Diod. Sic. VI, 23. Aelian. V. H. III, 24. Thuc. III, 114.) — b) metaph. *πανοπλία τοῦ θεοῦ, arma divina* i. e. *praesidia, quae suppeditat Deus ad adiuvandam constantiam in virtutis studio conspicuam* Eph. VI, 11. 13. Saepius non legitur in N. T.

Πανουργία, ας, ἡ, (a πανοῦργος, quod vid.) *prudentia, calliditatis* vel *astutiae* sensu legitur in N. T. quinquies Luc. XX, 23. 1 Cor. III, 19. 2 Cor. IV, 2. XI, 3. Eph. IV, 14 (Lucian. Dial. Deorr. VII, 1. Aelian. V. H. XII, 33. Herodian. II, 9. 15. Xen. Anab. VII, 5. 11.)

Πανοῦργος, ου, ὁ, ἡ,—ον, τό, (ex πᾶς et ἐργάζομαι) *gnavus, qui omnia scit perficere* [LXX Prov. XIII, 1. XIV, 8 15. Siracid. XXI, 12.] sensu malo i. e. *callidus*. Extat tantum 2 Cor. XII, 16. — (Xen. Anab. II, 5. 29.)

Πανταχόθεν, adv. *undique*. Semel in N. T. Marc. I, 45. (Diod. Sic. XVII, 18. Herodian. I, 15. 9. Xen. Mem. II, 1. 25. Thuc. I, 17.)

Πανταχοῦ, adv. *ubique*. Septies in N. T. Marc. XVI, 20. Luc. IX, 6. Act. XVII, 30. XXI, 28. XXIV, 3. XXVIII, 22. 1 Cor. IV, 17. (Cebet. Tab. c. 7. Herodian. IV, 8. 19. Xen. Mem. I, 4. 18.)

Παντελής, έος, οῦς, ὁ, ἡ,—ές, τό, (ex πᾶς et τελέω; omnia perficiens Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 118.) *perfectus, ad finem perductus* [Herodot. IV, 95.] εἰς τὸ παντελές, *perfecte, omnino, prorsus*, ita bis in N. T. Luc. XIII, 11. — *perpetuitatis* notione inclusa Hebr. VII, 26. — Vide de hac formula sub εἰς p. 429. adnotata.

Πάντῃ, adv. (omnino, in omnibus Xen. Cyr. I, 1. 1. in omnes partes, quoquo versus Xen. Venat. IV, 5. Lucian. Dial. Deorr. XX, 6.) *semper* Act. XXIV, 3. πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ. (Sirac. L, 22. Longin. de sublim. 16, 4.) quatenus scribendum sit πάντῃ vel πάντη, docetur a Greg. Corinth. p. 213. 214. ed. *Schäfer*.

Πάντοθεν, adv. *undique* Luc. XIX, 43. [Joh. XVIII, 20 et in codd. Marc. I, 45.] Hebr. IX, 4. (Dem. 219, 25. Xen. Hiero. VI, 8.)

Παντοκράτωρ, ορος, ὁ, *omnipotens*, (a πᾶς et κρατέω) 2 Cor. VI, 18. κύριος παντοκράτωρ. Apoc. I, 8. IV, 8. XI, 17. XV, 3. XVI, 7. 14. XIX, 6. 15. XXI, 22. LXX pro צְבָאוֹת 2 Sam. V, 10. שַׁדַּי Job. V, 17. VIII, 5. (Anthol. gr. T. IV. p. 151. ed. *Jacobs*.) Saepius non legitur in N. T.

Πάντοτε, adv. *semper* Matth. XXVI, 11. Marc. XIV, 7. Luc. XV, 31. XVIII, 1. Joh. VI, 34. VII, 6. VIII, 29. XI, 42 XII, 8. XVIII, 20. Rom. I, 10. 1 Cor. I, 4. XV, 58. 2 Cor. II, 14 IV, 10. V, 6. IX, 8. Gal. IV, 18. Eph. V, 20. Phil. I, 4. 20 Col. I, 3. 1 Thess. I, 2. II, 16. IV, 17. 2 Thess. I, 3. 11. 2 Tim III, 7. Philem. v. 4. Hebr. VII, 25. (Sapient. XIX, 18. Artemid. IV, 20. Herodian. III, 9. 13.) Graecos melioris notae dixisse potius ἑκάστοτε, docet Phrynich. p. 105. ed. *Lobeck*.

Πάντως, adv. *omnino* i. e. a) *überhaupt* 1 Cor. V, 10. Vide de h. l. sub *οὐ* p. 205. observata. XVI. 12. *πάντως οὐκ ἦν θέλημα* [scil. *τοῦτο τὸ θέλημα*], *ἵνα νῦν ἔλθῃ*. — (Aelian. V. H. V, 14. Herodian. II, 10. 11.) — b) *omni modo* Rom. III. 9. 1 Cor. IX, 10. 22. — (2 Macc. III, 13) — c) *utique, profecto* Luc. IV, 23. *πάντως ἐρεῖτέ μοι*. Act. XVIII, 21. XXI, 22. XXVIII, 4. (Tob. XIV, 8. Aelian. V. H. I, 32. Lucian. Dial. Deorr. XX, 16.)

Παρά, praepositio ad *vicinitatem* significandam pertinens, pro casu, cum quo iungitur, varietate vario modo indicatam. Legitur autem in N. T. 1) c. *genit.*, ubi Lat. *a*, *ab* = a latere alicuius, e vicinia alicuius, nostratium: *von, von Seiten, von daneben,* Francogallorum *de chez moi.* Usurpatur ita nunc proprie [i. e. localiter] nunc metaphorice [i. e. de rebus, quae, quod cogitantur versari iuxta vel apud aliquem, ab eo proficisci dicuntur] — 2) c. *dativo*, ubi Lat. *in vicinia alicuius, iuxta, apud* aliquem, nos: *bey*, vel si sequitur dat. pluralis: *unter*. Ita legitur nunc proprie [i. e. sic, ut loci notio teneatur], nunc ita, ut personae magis, quam loci et spatii notio teneatur, ubi Lat. *apud, coram* [= iudice aliquo], etiam *in*, nos: *bey* — 3) c. *accusat.*, ubi Latini a) *propter* i. e. aa) *secundum*, nos: *längs hin, in der Nähe hin* — bb) *iuxta*, nos: *bey, zur Seite*, nunc proprie, nunc metaph., ubi nos: *wegen*, Lat. *propter.* — b) *ad*, nos: *zu, an* = *πρός*, *εἰς*. — c) a significatione *praeter* per metaphoram refertur ad ea, quae sunt *ultra*, *extra*, *contra* vel *aliter atque* aliquid

A) *Conspectus rei.*

I) c. *genit.* ita refertur ad vicinitatem, ut indicet, proficisci aliquem vel aliquid *ab aliquo* i. e. *a latere alicuius*, *e vicinia alicuius*, ubi Lat. *a*, *ab*, nos: *von*

1) proprie i. e. localiter, post vv. *veniendi*, *mittendi* a) de personis sq. gen. pers. — b) de rebus, seq. gen. personae.

2) ubi cogitatur aliquid profectum ab aliquo. Uti enim, quae possidemus, didicimus, novimus, scimus, nobiscum portare vel iuxta nos habere dicimur, ita eadem, donatione, nuntio, institutione cum aliis communicata, *ἐξέρχεσθαι παρ' ἡμῶν* dici possunt et dicuntur. Hinc

a) post vv. *petendi, rogandi,* sq. gen. pers.

b) post vv. *accipiendi*, *emendi*, *promittendi*, sq. gen. pers.

c) post vv. *percontandi*, *cognoscendi*, *comperiendi*, *discendi* sq. gen. pers.

d) post *εἶναι* aa) de rebus, sq. genit. pers. — bb) de personis, sq. gen. pers.

3) de rebus, quae hactenus ab aliquo proficiscuntur, quatenus *iussu* alicuius vel *adornante* aut *moderante* aliquo fiunt vel facta sunt, sq. genit. pers.

II) c. *dativo* indicat

1) *esse* vel *fieri* aliquid in vicinia alicuius, ubi Latini: *iuxta*, *apud*, nos: *bey* —

a) proprie i. e. de loco — aa) post vv. *mansionis* — bb) post vv. quibus iacere dicitur aliquis aliquid iuxta vel apud aliquem

b) ubi personae solius magis, quam loci et spatii notio tenetur, in quibus Latini: *apud* aa) proprie — bb) = *coram* i. e. *iudice aliquo*

c) ubi, quae insunt alicui vel virtutes vel vitia, cogitantur esse iuxta eum, in quibus Lat. vel *apud* vel *in* c. ablat. nos: *bey*

d) apud aliquem esse dicitur, qui praesentem eum sibi cogitat vel memor eius est —

2) post vv. *motus*, ubi quaeritur *wohin?*

III) c. *accusat.* indicat

1) *motum* fieri *propter* aliquid i. e. *secundum*, *längs hin*, *neben hin*, *in der Nähe hin*

2) *mansionem propter* i. e. *iuxta* aliquid a) proprie. — b) metaph. = *wegen*

3) *directionem in* vel *ad* locum, ubi Lat. *ad*, nos: *an*, *zu* = *πρός*, *εἰς*. —

4) *praeter* [propr. *daneben vorbey*, *vorbey*] metaph. pro:

a) *contra*, nos: *gegen*

b) *ultra* i. e. aa) *darüber hinaus* — bb) *magis quam* α) universe — β) praeced. comparativo — γ) praeced. *ἄλλος* —

c) *extra* i. e. *ausser*, *ausgenommen*. —

IV) in compositione indicat 1) propinquitatem, ubi nos: *neben*, *bey*, ut *παραβολή*, *παραδειγματίζω*, *παραθαλάσσως*, *παραθήκη*, *παρακαθίζω* et similia — 2) ubi nos: *hin*, ut *παραγγέλλω*, *παραδέχομαι*, *παραδίδωμι*, *παράδοσις*, *παραλαμβάνω*, *παρέχω* — 3) *hin zu*, ut *παρακαλέω*, *παρακύπτω*, *παραμυθέομαι*, *παρατείνω* — 4) praeteritionem, ut *παραλέγομαι*, *παραπλέω*, *παραῤῥέω*, *παρέρχομαι*, *παρίημι*, *παροίχομαι* — 5) trans-

itum, ut *παράγω, παραλλάσσω, πάροδος, παραφέρω* — 6) violationem, neglectionem, ut *παραβαίνω, παρανομέω, παράπτωμα* — 7) ubi *secus, male, obiter* fieri dicitur aliquid, ut *παραθεωρέω, παρακούω* — *παραλογίζομαι, παραφρονέω, παράδοξος* — 8) ubi ultra modum = valde fieri aliquid dicitur, ut *παραβιάζομαι, παραιτοῦμαι, παραπικραίνω, παρενοχλέω, παροργίζω, παροτρύνω.*

B) *Uberior rei expositio.*

I) cum *genitivo* ita ad *vicinitatem* pertinet, ut indicet, proficisci aliquem vel aliquid ab aliquo i. e. *a latere alicuius, e vicinia alicuius:*

a, ab, nos: *von*

1) proprie i. e. localiter, post vv. *veniendi, mittendi* a) de personis, sq. gen. pers Ita post ἐκπορεύομαι Joh. XV, 26. ἐξέρχομαι XVI, 27. 28. XVII, 8. ἔρχομαι Luc. VIII, 49. παραγίνομαι Marc. XIV, 43. πέμπω Joh. XV, 26. εἰμί = ἐξῆλθον Joh. VI, 46. VII, 29. IX, 16. 33. — abest ὤν Joh. I, 14. (post ἀπιέναι Xen. Cyr. V, 1. 25. ἔρχεσθαι Cyr. II, 4. 1. ἥκειν Lucian. D. D. XXIV, 3. εἶναι X, 3.) — b) de rebus, sq. gen. pers. Luc. VI, 19. — Cf. *Buttm.* §. 134. *Matthiae* §. 588. p. 1172. *Fischer* ad Well. Tom. III. P. II. p. 265. *Passow* II. p. 352 sq. *Winer* p. 152. — — 2) ubi cogitatur aliquid profectum [*ausgehend, herrührend*] ab aliquo. Ita a) post vv. *petendi, rogandi,* ut *αἰτεῖν* Matth. XX, 20. Act. III, 2. IX, 2. Joh. IV, 9. 1 Joh. V, 15 Jac. I, 5. — (Lucian. D. M. XIII, 7. D. D. IX, 3. Aelian. V. H. I, 34. Xen. Anab. I, 3. 16.) — ζητεῖν Marc. VIII, 11. Luc. XI, 16. — XII, 48. nisi h. l. quaerere aliquid apud aliquem, posito *παρά τινος* pro *παρά τινι.* Cf. de *παρά τινος* pro *παρά τινι Schäfer* ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 118. *Erfurdt* ad Soph. Ant. v. 966 vel 955. *Passow* l. l. p. 352. — — b) post vv. *accipiendi, emendi, promittendi,* sq. gen. pers. cf. *Matthiae* l. l. *Passow* l. l. *Winer* l. l., ut post *ἀπολαμβάνω* Luc. VI, 34. *γίνεταί μοί τι* Matth. XVIII, 19. (*ὑπισχνούμενος — τὰ — μοι χωρία — ἔσεσθαι παρὰ σοῦ* Xen. Anab. VII, 2. 25.) — *δέχομαι* Act. XXII, 5. Phil. IV, 18. — (Lucian. D. D. V, 7.) — *ἔχω* = *accepi* Act. IX, 4. *κομίζομαι* Eph. VI, 8. *λαμβάνω* Marc. XII, 2. Act. II, 38. III, 5. XVII. 9. XX, 24. XXVI, 10. Joh. V, 34. 41. 44 bis. X, 18. 1 Joh. III, 22. 2 Joh. v. 4. Apoc. II, 28. Jac. I, 7. 2 Petr. I, 17. (Lucian. D. D. V, 2. Diod. Sic. II, 46. Plut. apophth. Mor. II. p. 17. ed. *Tauchn.* Xen. Cyr. VIII, 2. 25.)— ἡ ἐξουσία ἡ *παρά τινος* i. e. *potestas ab aliquo accepta* Act. XXVI, 12 coll. v. 10. *ἄρτον φαγεῖν παρά τινος* i. e. *cibo uti*

suppeditato vel *accepto ab aliquo* 2 Thess. III, 8. — παραλαμβάνω vid. paulo post. — τυγχάνω Act. XXVI, 22. εὑρίσκω ἔλεος item ἔλεος, εἰρήνην 2 Tim. I, 18. 2 Joh. v. 3. Alii ad I. 3. hos locos referunt. (δέχομαι Dem. 1460, 17. μετέχειν Diod. Sic. I, 12. ἀποδέχεσθαι Herodian. I, 1. 4.) — ἀγοράζειν Apoc. III, 18. ὠνεῖσθαι Act. VII, 16. (ἀγοράζειν Isocrat. ad Nicocl. II. fin.) — ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη *promissio a me data* Rom. XI, 27. — — c) post vv. *percontandi, cognoscendi, comperiendi, discendi*, sq. gen. pers. Cf. *Matthiae* l. l. *Buttm.* l. l. *Passow* l. l. *Winer* l. l. Ita post ἀκούειν Act. X, 22. XXVIII, 22. 2 Tim. I, 13. II, 2. Joh. I, 41. VI, 45. VII, 51. VIII, 26. 40. XV, 15. ἀκριβοῦν Matth. II, 5. 16. ἐπιγινώσκειν Act. XXIV, 8. μανθάνειν 2 Tim. III, 14. παραλαμβάνειν = *discere, institui* Gal. I, 12. 1 Thess. II, 13. IV, 1. 2 Thess. III, 6. πυνθάνεσθαι Matth. II, 4. Joh. IV, 52. (Aelian. V. H. VII, 2. Theophr. char. 27 [10], 3. Aeschin. dial. Socr. III, 22. Xen. Cyr. I, 6. 2 et 23. II, 2. 6.) — — d) post εἶναι aa) de rebus, sq. gen. pers. εἰμὶ παρά τινος i. e. α) *datum sum e vicinia alicuius* [quasi ex opibus iuxta aliquem repositis] Joh. XVII, 7. — hinc τὰ παρά τινος *res datae alicui ab aliquo*, ita de cibo et potu Luc. X, 7. — de donis alicuius Phil. IV, 18. (Lucian. D. M. XIII, 7. Plut. apophth. Mor. II. p. 23. ed. *Tauchn.*) — β) *originem duco ab aliquo*, τὰ παρ' αὐτῆς = *opes, quas laborando acquisivit ea = opes suae* Marc. V, 26. (de rebus ortum ducentibus ab aliquo Xen. Cyr. V, 5. 13.) — bb) de personis: οἱ παρά τινος, *affines alicuius* Marc. III, 21. (Lucian. Toxar. §. 51.— Dial. Mort. XIII, 2. XVI, 5.) — cf. *Fischer* l. l. p. 272. — — 3) ubi hactenus aliquid ab aliquo proficisci dicitur, quatenus *iussu* eius vel *adornante, moderante*, eo factum est cf. *Schulthess* vom heiligen AMahle p. 8. *Voigtländer* ind. ad Lucian. Dial. Mort. p. 221. *Matthiae* l. l. — ita ἀποστέλλεσθαι Joh. I, 6. γίνεσθαι Matth. XXI, 42. Marc. XII, 11. ἐξέρχεται δόγμα Luc. II, 1. εὑρίσκω, item ἐστὶ μετ' ἐμοῦ ἔλεος, εἰρήνη 2 Tim. I, 18. 2 Joh. v. 3. Alii ad I. 2. b. referunt hos locos. — λαλεῖσθαί τινι Luc. I, 45. — (λέγειν Lucian. D. M. I, 5. Xen. H. G. II, 1. 27.) — κατηγορεῖσθαι Act. XXII, 30. — Alii, ut apud Graecos serioris aevi, poni existimant h. l. παρά τινος pro ὑπό τινος. Cf. *Passow* II. p. 352. *Buttm.* §. 121, 3. *Winer* p. 152. 154. (Plat. Symp. p. 175, c.) —

II) c. *dativo* indicat 1) *esse* vel *fieri* aliquid in vicinia alicuius, ubi Lat.

> *iuxta, apud*, nostrates: *bey*, et si legitur dat. plur. *unter*. —

Legitur ita a) proprie i. e. de loco aa) post vv. mansionis, sq. dat. rei, ita post ἑστηκέναι Joh. XIX, 25. — bb) post vv.

quaecunque, quibus dicitur *esse, fieri, manere, asservatum haberi* aliquid apud aliquem, sq. dat. personae, ut ἀναγινώσκειν Col. IV, 16. ὅταν — ἐπιστολή *quando apud vos* [= praesentibus vobis] *recitata fuerit epistola.* — ἀποκτανθῆναι Apoc. II, 13. ἀπολείπειν 2 Tim. IV, 13. διαφημίζεσθαι Matth. XXVIII, 15. δοξάζειν Joh. XVII, 5. εἶναι Matth. XXII, 25. abest ὤν Joh. XVII, 5. ἔχειν Matth. VI, 1. παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν *apud patrem vestrum*, ita de mercede in coelis in vicinia quasi Dei reposita. — κρίνεσθαι ἄπιστον Act. XXVI, 8. μένειν IX, 42. XVIII, 3. 20. XXI, 7. 8. Joh. I, 40. IV, 40. XIV, 17. 25. μονὴν ποιεῖν Joh. XIV, 23. ξενίζεσθαι Act. X, 5. XXI, 16. ὁρᾶν Joh. VIII, 38 bis. τιθέναι τι παρ' ἑαυτῷ *apud se* = in thesauro, quem domi suae et in vicinia sua habet 1 Cor. XVI, 2. — (Lucian. D. D. XXIII, 3. XXVI, 3. Xen. Cyr. V, 1. 15 et 26.) cf. *Fischer* l. l. p. 266. *Viger.* p. 643. *Matthiae* l. l. p. 1172. *Buttm.* §. 134. *Passow* l. l. p. 352 sq. *Winer* p. 160 sq. — — b) ubi magis personae solius, quam loci ac spatii notio tenetur, sq. dat. pers. aa) pp. ut διαλογίζεσθαι παρ' ἑαυτῷ, *apud se* i. e. *apud animum suum* Matth. XXI, 25. εὑρίσκειν χάριν παρὰ τῷ θεῷ *nancisci favorem apud Deum* = *cum laude et honore apud Deum et in concilio divino commemorari* Luc. I, 30. — II, 52. 1 Petr. II, 20. (Diod. Sic. I, 6. II, 24. Dionys. Hal. de comp. verb. p. 46. ed. *Schäfer.* Lucian. D. D. XXII, 4. Chariton. I, 12. Xen. Cyr. VIII, 2. 28.) — cf. *Fischer* l. l. — — bb) = *coram,* metaph. pro: *iudice aliquo, e iudicio alicuius* [propr. in der Nähe des Richterstuhles Jemandes], ita post ἀδυνατέω, ἀδύνατός εἰμι Matth. XIX, 26. Marc. X, 27. — Luc. I, 37. cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 605. — δυνατός εἰμι Matth. XIX, 26. Marc. X, 27. Luc. XVIII, 27. δίκαιος Rom. II, 13. 2 Thess. I, 6. δικαιοῦσθαι Gal. III, 11. ἐκλεκτός 1 Petr. II, 4. καθαρὸς καὶ ἀμίαντος Jac. I, 27. μωρία 1 Cor. III, 19. φρόνιμός εἰμι vel γίνομαι παρ' ἐμαυτῷ, sapiens sum vel videor mihi *meo iudicio* Rom. XI, 25. XII, 16. — 2 Petr. II, 11. III, 8. (Herodot. III, 160. Aelian. V. H. X, 15.) cf. *Herm.* ad Vig. p. 643. *Matthiae* l. l. *Passow* l. l. — — c) ubi, quae insunt alicui virtutes vel vitia, cogitantur iuxta vel apud eum esse. Utuntur Latini in talibus *apud*, vel *in* c. abl. nos: *bey*, ut προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ Eph. VI, 9. Jac. I, 17. abest εἶναι Rom. II, 11. IX, 14. (εἰ δ' οὖν ἐστι καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία τοιαύτη Dem. 318, 13.) cf. *Matthiae* l. l. p. 1172. — d) trop. εἶναι παρά τινι esse apud aliquem dicitur, qui praesentem sibi eum cogitat, vel qui memor est alicuius, ita 1 Cor. VII, 24. ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ [τῷ] θεῷ pro: ἐν τούτῳ μενέτω ὢν παρὰ τῷ θεῷ i. e. *in hac conditione maneat, memor Dei* vel *intuens Deum*, sensus: *propter Deum.* Ita LXX ἐνώπιον et hebr. לִפְנֵי 2 Sam. III, 31. κά-

πτεσθε ἐνώπιον ἀβεννὴρ lugete, Abneri memoriam recolentes = propter Abnerum. — — — 2) post vv. motus, ita ut mansionis motum sequentis notio cogitatione includatur, ita post ἱστάναι Luc. IX, 47. — XIX, 7. *παρὰ — καταλῦσαι* pro: *εἰς ἁμαρτωλὸν ἄνθρωπον εἰςῆλθε καταλῦσαι παρ' αὐτῷ.* Cf. *Passow* II. p. 353.

III) c. *accus.* indicat 1) motum fieri

propter i. e. *secundum*, nos: *längs hin, neben hin, in der Nähe hin.*

Ita post vv. motum indicantia, sq. acc. rei, ut *περιπατεῖν* Matth. IV, 18. Marc. I, 16. *πίπτειν* Matth. XIII, 4. Marc. XIV, 4. Luc. VIII, 5. 12. *σπείρειν* Matth. XIII, 19. Marc. IV, 15. (Jos. Ant. II, 5. 5. Xen. Anab. VI, 2. [V, 10.] 1.) cf. *Fischer* l. l. p. 268. *Matthiae* §. 588. p. 1174. *Passow* l. l. p. 353. *Winer* p. 164. — — 2) mansionem indicat, ubi Lat. *propter* i. e. *iuxta, apud*, nos: *bey, neben, zur Seite* a) proprie. Ita post *εἶναι* Marc. V, 21. Act. X, 5. abest *ὤν* Hebr. XI, 12.— *ἑστάναι* Luc. V, 1. 2. abest *ἑστώς* Marc. IV, 1. *καθῆσθαι* Matth. XIII, 1. XX, 30. Marc. X, 46. Luc. VIII, 35. XVIII, 35. abest *καθήμενος* Act. XXII, 3. *παρακαθίζειν* Luc. X, 39. *στῆναι* Luc. VII, 38. (Aelian. V. H. III, 1. Thuc. VII, 39.) cf. *Herm.* ad Vig. p. 861. *Fischer* l. l. p. 268. *Matthiae* l. l. p. 1173. *Buttm.* l. l. *Passow* l. l. — — b) metaph. *propter* i. e. *wegen, παρὰ τοῦτο propterea* 1 Cor. XII, 15. 16. (Polyb. I, 32. 4. Dem. 545, 22. Aeschin. Dial. Socr. III, 4.) cf. *Fischer* l. l. p. 270 *Viger.* p. 645. 862. *Matthiae* §. 588. p. 1175. *Passow* II. p. 354. *Winer* p. 164. — — 3) directionem in vel ad locum indicat, ubi Lat.

ad, nos: *an, zu*, fere i. q. *πρός, εἰς.*

Ita post vv. motus, sq. accus. rei, ut *ἀποτιθέναι* Act. VII, 58. *ἐξέρχεσθαι* Marc. II, 13. Act. XVI, 13. *ἔρχεσθαι* Matth. XV, 29. *πίπτειν* Luc. VIII, 41. XVII, 16. Act. V, 10. *ῥίπτειν* Matth. XV, 30. *τιθέναι* Act. IV, 35. 37. V, 2. (*ἀφικνεῖσθαι* Xen. Anab. I, 2. 12. *εἴςοδος* Cyr. I, 3. 14. *ἥκειν* Lucian. D. D. IX, 3. XX, 1. *ἰέναι* Anab. II, 5. 27. ed. *Bornem.*) cf. *Fischer* l. l. p. 267 sq. *Matthiae* l. l. p. 1173. *Buttm.* l. l. — — 4) *praeter* [propr. i. e. daneben vorbey, vorbey Xen. Cyr. V, 5. 21. cf. *Passow* l. l. p. 354. *Matthiae* l. l. p. 1173.] metaphorice a) pro: *contra, aliter atque*, ut *παρὰ τὴν διδαχὴν* Rom. XVI, 17. *παρ' ἐλπίδα, contra spem* i. e. *cum spei causa non adesset* Rom. IV, 18. *παρὰ τὸν νόμον* Act. XVIII, 13. *παρ' ὅ contra id quod* i. e. *contrarium illi quod* Gal. I, 8. 9. *παρὰ φύσιν* Rom. I, 26. XI, 24. (Diod. Sic. I, 60. Herodian. I, 3. 6. Xen. Mem. I. 1. 18.) cf. *Fischer* l. l. p. 269 sq. *Vig.* p. 644. *Matthiae* l. l. p. 1175. *Passow* l. l. p. 253. *Winer*

p. 164. *Buttm.* §. 134. — — b) *ultra* i. e. aa) *darüber hin-aus*, ut *παρὰ καιρὸν ἡλικίας* Hebr. XI, 11. (*παρὰ δύναμιν μετέχειν* Thuc. III, 54.) — cf. *Viger.* p. 645. *Fischer* l. l. p. 270. *Matthiae* l. l. p. 1175. — — bb) *magis quam, prae* a) universe, ut *ἁμαρτωλοί* item *ὀφειλέται παρὰ πάντας* Luc. XIII, 2 4. *κρίνειν ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν* Rom. XIV, 5. cf. sub *κρινω* p. 862 adnotata. — *λατρεύειν τινὶ παρά τινα* Rom. I, 25. *παρ᾽ ὃ δεῖ* = *magis quam decet* XII, 3. *χρίειν* Hebr. I, 9. (Xen. Mem. I, 4. 14. IV, 4. 1.) cf. *Matthiae* l. l. p. 1174. *Buttm.* l. l. *Fischer* l. l. p. 270. *Viger.* p. 649. *Winer* l. l. *Passow* l. l. — β) praeced. comparativo, in quibus *παρά* c. accus. = *ἢ κατά* Luc. III, 13. Hebr. I, 4. III, 3. IX, 23. XI, 3. XII, 24. *ἐλαττοῦν τινα παρά τινα* = *inferiorem facere ali-quem, quam alterum aliquem* Hebr. II, 7. 9. (Diod. Sic. XII, 13. Ierodot. VII, 103. Thuc. I, 23.) — cf. *Matthiae* l. l. p. 1173 q. — γ) praeced. *ἄλλος* 1 Cor. III, 11. (Plat. Phaedon. c. 11. d. *Fischer.*) cf. *Matthiae* l. l. p. 1174. — — c) *extra*, nos: *ausser, ausgenommen*, ut *τεσσαράκοντα παρὰ μίαν* sc. *πλη-γὴν* 2 Cor. XI, 24. (Herodot. IX, 33. Aristoph. Nubb. v. 698.) . *Fischer* l. l. p. 269. *Matthiae* l. l. p. 1174. *Buttm.* l. l. *Passow* l. l. p. 353. — Saepius non extat in N. T.

Παραβαίνω, f. *βήσομαι*, aor. 2. *παρέβην* (a *παρά* et *βαίνω* gradior; iuxta aliquem incedo, praetereo) 1) *transeo*, *igro*, metaph. *übertreten, violo*, sq. acc. rei Matth. XV, 2. 3. Joh. v. 9. quo loco e seqq. adde cogitando *τὴν διδαχήν*. Macc. VII, 18 Diod. Sic. XVIII, 32. Polyb. II. 58. 7. Xen. Mem. , 4. 13 et 21. Thuc. IV, 97. et *transire* Cicero ad Attic. V. . 21.) — 2) ad normam hebr. סור sq. מִן *discedo, ἐκ τῆς διακονίας* = *desero munus* Act. I, 25. (Sirac. XXIII, 18. *ἀπὸ ῆς κλίνης.*) — LXX *ἐκ τῆς ὁδοῦ* Exod. XXXII, 8. Deut. , 12.

Παραβάλλω, f. *βαλῶ*, (a *παρά* et *βάλλω*, iuxta ali-iem iacio, admoveo i. e. obiicio, proiicio Polyb. I, 84. 8. ician. Dial. Deorr. XII, 1.) 1) intransit. *venio, traiicio*, [me sum admoveo cf. *Matthiae* §. 496. p. 932. *Buttm.* §. 117, 5. t. 2. *Winer* p. 107.] *accedo, ich nähere mich, komme nahe* . *εἰς* = *venio ad* Act. XX, 15. *παρεβάλομεν εἰς Σάμον.* iod. Sic. I, 12 et 44. Polyb. XII, 5. 1.) — 2) metaph. *mparo aliquid cum aliqua re, τινί τι* Marc. IV, 30. *ἐν ποίᾳ αὐτὴν* i. e. *womit wollen wir es vergleichen?* Cf. de hoc t. sub *ἀπειλή* observata. (Herodot. I, 198. *τὶ πρός τι* Jos. Apion. II. 15. Xen. Mem. II, 4. 3. — Herodian. I, 1. 5.) — epius non habetur in N. T.

Παράβασις, *εως*, *ἡ*, (a *παραβαίνω*, quod vid. transi-, ut *ὕρεων* Plut. T. VI. p. 466. ed. *Reisk.*) *violatio legis* plene i. e. addito vocab. *νόμου*. Rom. II, 23. (Porphyr. de

abstin. II, extr. et Diod. Sic. XVIII, 32. item 2 Macc. XV, 10. ubi *παράβασις ὅρκου*) — b) absolute Rom. IV, 15. V, 14. Gal. III, 19. 1 Tim. II, 14. Hebr. II, 2. IX, 15. (ita LXX Ps. CI, 4.) Saepius non legitur in N. T.

Παραβάτης, ου, ο, (a *παραβαίνω*, q. v. pp. qui transit) *violator legis* a) plene i. e. addito vocab. *νόμος* Rom. II, 25. 27. Jac. II, 11. — b) absolute Jac. II, 9. Gal. II, 18. (ita Symm. Ps. XVI, 5.)

Παραβιάζομαι, f. *βιάσομαι*, (a *παρά* et *βιάζομαι*) verb. depon. cf. sub *δέχομαι* adnotata: *vim adhibeo.* Bis in N T. de iis, qui precibus urgent aliquem, sq. accus. Luc. XXIV, 29. Act. XVI, 15. Ita LXX pro פָּצַר Gen. XIX, 9. et פָּרַץ 1 Sam. XXVIII, 5. (de iis, qui vim adhibent adversus aliquid vel aliquem Polyb. XXVI, 1. 3. Joseph. Antiq. XIII, 4. 9.)

Παραβολεύομαι, f. *εύσομαι*, (a *παράβολος* audax, temerarius Diod. Sic. XIX, 3. XX, 3.) *obiicio me periculis.* Extat tantum Phil. II, 30. *παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ* i. e. *vitam quod attinet* [cf. *Matthiae* §. 400, 6. p. 731. *Winer* p. 84 sq.] *periculis se obiiciens* i. e. *vitae periculo sese obiiciens.*

Παραβολή, ῆς, ἡ, 1) *collatio*, [propr. i. e. collatio rei, ut navis, ad latus alterius, das Nebeneinanderstellen Diod. Sic. XIV, 60. Polyb. XV, 2. 13.] metaph. pro: *comparatio*, *similitudo* Marc. IV, 30. Hebr. XI, 19. *αὐτὸν ἐν παραβολῇ* [i. e. *simili modo*] *ἐκομίσατο.* (Polyb. I, 2. 2. Aelian. V. H. III, 3.) — 2) *imago* i. e. a) *sermo, qui aliis vocibus alius rei imaginem delineat, eine vergleichungsweise gemachte Darstellung, welche des Reellen und Factischen ermangelt, parabola, similitudo* vel, ut *Fritzschio* placet, IV Evv. I. p. 452. *rei fieri solitae vel quae possit saltem evenire, quasi gestae, narratio docendi causa* Matth. XIII, 3. 10. 13. 18. 31. 33. 34. 35. 36. XV, 15. XXI, 33. 45. XXII, 1. XXIV, 32. Marc. III, 23. IV, 2. 11. 13. 33. 34. VII, 17. XII, 1. 12. XIII, 28. Luc. IV, 10. V, 36. VI, 39. VIII, 4. 9. 10. 11. XII, 16. 41. XIII, 6. XV, 3. XVIII, 1. 9. XIX, 11. XX, 9. 19. XXI, 29. — b) *res, quae imagini alius rei inservit, parabolische, vergleichende Darstellung* Hebr. IX, 9. *ἥτις* [sc. *πρώτη σκηνή*,] *εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα* = *Gleichnissdarstellung für die gegenwärtige Zeit.* — 3) *scite et sententiose dictum, monendi* vel *praecipiendi vim habens, Denkspruch* Luc. XIV, 7. Ita מָשָׁל Prov. I, 1. 6. X, 1. — 4) *proverbium* Luc. IV, 23. Ita LXX et מָשָׁל 1 Sam. X, 12. Saepius non legitur in N. T.

Παραβουλεύομαι, f. *εύσομαι*, *male consulo.* Ita lectio vulgaris Phil. II, 30. Codd. vero et ed. *Griesb.* *παραβολεύομαι* q. v.

Παραγγελία, ας, ἡ, (a παρά et ἀγγελία nuntius; annuntiatio) *iussum, praeceptum* a) de iussis magistratuum Act. V, 28. παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν cf. de hoc dat. sub ἀπειλή observata. Act. XVI, 24. (Polyb. VI, 27. 1. Xen. H. G. II, 1. 3.)— b) de religionis praeceptis 1 Thess. IV, 2. 1 Tim. I, 5. 18.

Παραγγέλλω, f. παραγγελῶ, (a παρά et ἀγγέλλω nuntio; nuntium ab uno ad alterum perfero, de imperatore ita imperante, ut imperium non cum classico aut a praecone edatur, sed per manus tradatur et accipiatur Xen. Anab. I, 8. 3. cf. *Bornem.* ind. ad Xen. Anab. p. 657. *Passow* II. p. 356.) *iubeo, praecipio*, de παραγγέλλω, sq. μή vid. sub μή p. 90 et de παραγγέλλω sq. inf. aor. item praesentis *Lobeck* ad Phryn. p. 747 sq. *Winer* p. 138. — Legitur in N. T. a) sq. dat. person. [cf. *Matthiae* §. 382. p. 703.] aa) solo 1 Thess. IV, 11. (Xen. Cyr. III, 3. 70.)— bb) addito λέγων c. orat. dir. Matth. X, 5. — cc) et ἵνα [cf. ἵνα p. 751.] Marc. VI, 8. 2 Thess. III, 12. — dd) c. infinit. α) aoristi αα) ad rem statim eventuram vel cito transeuntem pertinente [cf. *Winer* p. 138. et supra sub ἐλπίζω observata] Marc. VIII, 6. Luc. VIII, 29. Act. XVI, 18. 1 Cor. VII, 10. — ββ) ubi non rei duratio, sed magis res ipsa spectatur [cf. *Winer* p. 138. *Matthiae* §. 497. not. p. 938. *Buttm.* §. 124, 5.] Luc. V, 14. VIII, 56. Act. X, 42. XXIII, 22. — β) praesentis ad rem durantem pertinente [cf. *Winer* p. 139. *Matthiae* §. 501. p. 948. *Buttm.* l. l. *Herm.* ad Vig. p. 748.] Luc. IX, 21. Act. I, 4. IV, 18. V, 28. 40. XVI, 23. XVII, 30. 2 Thess. III, 6. 1 Tim. I, 3. VI, 17. (Xen. Cyr. II, 4. 4. Anab. IV, 1. 16. Ages. I, 31.) — dd) τινί τι α) universe 2 Thess. III, 4. — β) sq. τοῦτο praeparante seq. ὅτι 2 Thess. III, 10. — ee) τινί et acc. c. inf. aor. 1 Tim. VI, 13. — cf. *Matthiae* §. 382. p. 703. — — b) sq. infin. praes. Act. XV, 5. — c) sq. accus. rei aa) solo 1 Cor. XI, 17. 1 Tim. IV, 11. (Xen. Cyr. III, 3. 11. IV, 2. 18.) — bb) et ἵνα finali 1 Tim. V, 7.

Παραγίνομαι, f. γενήσομαι, (a παρά et γίνομαι, iuxta sum, adsum) *advenio, praesto sum, venio* a) universe aa) absol. Luc. XII, 51. XIX, 16. Joh. III, 23. Act. V, 21. 22. 25. IX, 39. X, 32. 33. XI, 23. XIV, 27. XVII, 10. XVIII, 27. XXIII, 16. XXIV, 17. 24. XXV, 7. XXVIII, 21. 1 Cor. XVI, 3. (Xen. Anab. I, 2. 3. Cyr. VIII, 1. 3.) — bb) sq. ἀπό c. genit. loci et εἰς vel ἐπί c. acc. loci Matth. II, 1. Act. XIII, 14. — Matth. III, 13. (Plut. apophth. Mor. II. p. 35. ed. *Tauchn.*)— cc) sq. παρά c. gen. pers. Marc. XIV, 43. — dd) sq. πρός c. acc. pers. Luc. VII, 4. 20. VIII, 19. Act. XX, 18. (Diod. Sic. II, 13.) — ee) sq. ἐκ c. gen. loci et πρός c. acc. pers. Luc. XI, 6. — ff) sq. εἰς c. accus. loci Joh. VIII, 2. Act. IX, 26. XV, 4. (Theophr. char. 20 vel 23.) — gg) sq. ἐπί τινα = *aggredior aliquem* Luc. XXII, 52. (Thuc. II, 95.) cf. ἐπί

p. 590 sq. — — b) de prodeuntibus, absol. Matth. III, 1. Hebr. IX, 11. — — c) de redeuntibus, absol. Luc. XIV, 21. — Ita LXX pro שׁוּב Jos. XVIII, 8.

Παράγω, f. ἄξω, (a παρά et ἄγω duco) 1) *praeterduco, transduco* [Xen. H. G. IV, 5. 21.] med. *transeo, praetereo* a) de statu inferiore cedente meliori 1 Joh. II, 8. — Ita LXX et עָבַר Ps. CXLIV, 4. — b) metaph. pro: *intereo, pereo* 1 Joh. II, 17. — 2) intrans. [vid. sub παραβάλλω adnotata] *praetereo, transeo* a) propr. Matth. XX, 30. Marc. [I, 16.] II, 14. XV, 21. Joh. XV, 1. — b) metaph. pro: *evanesco, intereo* 1 Cor. VII, 31. — 3) intransit. *discedo, digredior* Matth. IX, 9. 27. Joh. [VIII, 59.] IX, 1? Saepius non legitur in N. T.

Παραδειγματίζω, f. ίσω, (a παράδειγμα exemplum Xen. Ages. X, 2. item exemplum ad alios monendum propositum Dem. 373, 20. hinc παραδειγματίζω, exempli loco propono Polyb. XV, 32. 5.) *ignominiae et ludibrio expono.* Bis in N. T. Matth. I, 19. μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι. Hebr. VI, 6. quo loco uti c. παραδειγματίζειν iungitur ἀνασταυροῦν, ita LXX magis ignominiam patibuli, quam vim vocis respicientes, pro הוֹקִיעַ i. e. clavo affixit vel suspendit, Num. XXV, 4. habent παραδειγματίζειν. (Plut. de curiosit. c. 10. Mor. III. p. 386. ed. *Tauchn.* Polyb. XXIX, 7. 5.)

Παράδεισος, ου, ὁ, (apud Persas: vivarium, i. e. septa muris et aquis rigata nemora, ubi omnis generis arbores consitae erant et ferae vivae alebantur venationis causa Xen. Cyr. I, 3. 14. et Oecon. IV, 13. Diod. Sic. XVI, 41. XVIII, 36. in linguam hebraicam translatum: פַּרְדֵּס, Baumgarten, Park, angepflanzter Wald Eccles. II, 5. Cantic. IV, 13. et LXX pro גַּן עֵדֶן regio amoenissima, quam habitandam dedit Deus protoplastis Gen. II, 8. in N. T. ex Judaeorum seriorum dicendi ratione) 1) *paradisus* i. e. *ea orci pars, quae ad mortuorum usque resurrectionem animarum piarum sedes habebatur* Luc. XXIII, 43. v. *Kuinoel* ad h. l. in Commentar. in N. T. libros histor. T. III. p. 678. 679. — 2) τοῦ θεοῦ, *paradisus coelestis*, i. q. 2 Cor. XII, 2. appellatur τρίτος οὐρανός et qui sedes Dei habebatur Apoc. II, 7. 2 Cor. XII, 4.

Παραδέχομαι, f. ξομαι. (a παρά et δέχομαι, accipio) *accipio, recipio* [propr. de rebus, quae per manus traditae sunt Hom. Iliad. VI, 178. Xen. Cyr. VII, 3. 1.] metaph. a) de rebus: *admitto, genehmigen, billigen, gelten lassen*, τι, ut τὸν λόγον Marc. IV, 20. — Act. XVI, 21. XXII, 18. 1 Tim. V, 19. (LXX Exod. XXIII, 1. Arrian. diss. epict. I, 7. Philostr. vit. Apollon. VIII, 26.) — b) de personis = *amo, probo*, τινά Hebr. XII, 6. quae verba desumta sunt e Prov. III, 12.

Παραδιατριβή, ῆς, ἡ, (ex διατριβή et παρά in compositione inter alia indicante: male, secus fieri aliquid

cf. *Viger.* p. 651.) *inutilis et vana disputatio.* Extat tantum 1 Tim. VI, 5. e lect. vulg.

Παραδίδωμι, f. παραδώσω, aor. 1. παρέδωκα, de plusqpf. παραδεδώκειν absque augm. [Marc. XV, 10.] cf. sub δίδωμι adnotata (a παρά et δίδωμι) *trado* i. e. A) *ich übergebe, überliefere* AA) signif. transitiva a) de personis, quae nuntium, instituta, mores a maioribus [coll. Joh. VII, 22.] vel institutione accepta, tradunt alicui, τινί τι Act. VI, 14. 1 Cor. XV, 3. — (absol. Xen. Cyr. II, 4. 2) — b) de personis, quae indicandum, condemnandum, puniendum tradunt aliquem magistratibus vel iudici aa) τινά τινι Matth. V, 25. XX, 18. XXVI, 15. XXVII, 2. Marc. X, 33. XIV, 10. Luc. XX, 20. XXII, 4. 6. Joh. XVIII, 30. 35. XIX, 11. — Marc. XV, 1. (Dem. 515. 16.) — bb) τινά Matth. XXVII, 18. Marc. XV, 10. Act. III, 13. — c) de personis, quae custodiendum vel supplicio afficiendum tradunt aliquem lictoribus, militibus aa) τινί τινα Matth. V, 25. XVIII, 34. Luc. XII, 58. Act. XII, 4. — Luc. XVIII, 32. quo loco τοῖς ἔθνεσι = τοῖς τοῦ ἡγεμόνος στρατιώταις coll. Matth. XXVII, 27. (Dem. 1327. ult. 1337, 26. Xen. Anab. IV, 2. 1.) — addito εἰς finali [cf. εἰς p. 431.] Matth. XX, 19. τοῖς ἔθνεσι = τοῖς τοῦ ἡγεμόνος στρατιώταις. — bb) τινὰ εἴς τι, ut εἰς κρίμα θανάτου i. e. *ut mortis supplicium ab eo sumatur* Luc. XXIV, 20. — cc) τινά, ἵνα Matth. XXVII, 26. Marc. XV, 15. — — d) de personis tradentibus aliquem potestati hominum nocendi vim habentium aa) τινά. Ita de Juda Iscariota Matth. X, 4 XXVI, 10. 21. 23—25. 46. 48. XXVII, 3. 4. Marc. III, 19. XIV, 11. 18. 21. 42. 44. XXII, 21. 22. 48. Joh. VI, 64. 71. XII, 4. XIII, 2. 11. 21. XVIII, 2. XXI, 20. — universe Matth. IV, 12. X, 19. XXIV, 10. Marc. I, 14. Luc. XXI, 16. 1 Tim. II, 20. — addito εἰς χεῖράς τινος, *in manus alicuius* trop. pro: *in potestatem* vel *potestati alicuius* [cf. εἰς p. 421 fin.] Matth. XVII, 22. XXVI, 45. Marc. IX, 31. XIV, 41. Luc. IX, 44. XXIV, 7. Act. XXI, 11. XXVIII, 17. — addito εἰς finali, ut εἰς συνέδρια, εἰς συναγωγάς i. e. *ut sistantur coram assessoribus synedriorum, synagogarum* Matth. X, 17. Marc. XIII, 9. Luc. XXI, 12. cf. εἰς p. 431 fin. — Alii εἰς συνέδρια, εἰς συναγ. explicant: συνεδρίοις, συναγωγαῖς. Vide de διδόναι et δόσις εἰς p. 422 adnotata. — (Dem. 1230. 18.) — εἰς θλῖψιν = *ut vexetur aliquis* Matth. XXIV, 9. εἰς τὸ σταυρωθῆναι XXVI, 2. — εἰς φυλακήν = *custodiendum, custodiendos* Act. VIII, 3. XXII, 4. — εἰς θάνατον i. e. *ut mortis supplicium subeat, ut trucidetur*, ita plene Matth. X, 21. Marc. XIII, 12. 2 Cor. IV, 11. — minus plene i. e. abest εἰς θάνατον, quod lectorum christianorum de Jesu morti tradito sermonem esse, latere neminem potuit Rom. XIV, 25. 1 Cor. XI, 23. — quoniam non sine numine factum est, ut morti Jesus traderetur, Rom. VIII, 32.

ad Deum refertur, quod ab hominibus factum esse constat, et, quoniam non subterfugit Jesus instans mortis periculum, sed sponte sese ei obtulit, ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων παραδοὺς ἑαυτόν, ipse fecisse dicitur, quod passum esse ab hostibus suis historia docet Gal. II, 20. Eph. V, 25. — v. 2. de h. l. accus. praedicati cf. *Matthiae* §. 420, not. p. 771. §. 428. p. 790 sq. — — bb) τινά τινι c. εἰς finali 1 Cor. V, 5. (τινὰ πυρί Herodian. I, 9. 14. vel τῇ τιμωρίᾳ Cebet. tab. c. 9.) — cc) absolute Marc. XIII, 11. — — e) de personis arbitrio alicuius tradentem aliquem vel aliquid = *preis geben* aa) τινά τινι Luc. XXIII, 25. — c. ἵνα finali Joh. XIX, 16. — c. εἰς effectum = *ita ut*, vel gradum = *adeo ut* indicante Eph. IV, 19. Cf. εἰς p. 428. 429. — (Xen. Cyr. III, 3. 4. Plut. apophth. Mor. II. p. 35. ed. *Tauchn.* Lucian. Timon. §. 12.) — bb) τί, ut τὰς ψυχὰς αὐτῶν, *animas suas* i. e. *vitam suam* Act. XV, 26. (Plut. l. l. p. 32.) — c. ἵνα finali 1 Cor. XIII, 3. — cc) *sq. accus. c. inf.* Act. VII, 42. παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν pro: παρέδωκεν αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἐῶν αὐτοὺς λατρεύειν i. e. *eos sibi ipsis commisit, permittens, ut colerent.* Hinc Chrysost. παρέδωκεν explicat εἴασε, et Theophyl. ἐμμένοντας τῇ ἀσεβείᾳ εἴασε. Cf. *Kuinoel* ad h. l. — dd) τινά εἴς τι = *potestati rei alicuius trado* Rom. I, 24. 26. 28. — VI, 17. ὑπηκούσατε — διδαχῆς pro: ὑπηκούσατε — τῷ τύπῳ διδαχῆς, εἰς ὃν παρεδόθητε *obedivistis illi doctrinae rationi, cui* [tanquam domino vitae legem ferenti] *subditi estis.* Ita *Fritzsche* diss. II. p. 133. *Id.* in coniectan. p. 34. — Aliter *Winer* p. 112. explicans ὑπηκούσατε εἰς τὸν τύπον διδαχῆς ὃν παρεδόθητε = ὃν παραδοθέντα ἔχετε. — — f) de personis, quae curandum, administrandum, iudicandum, deportandum tradunt alicui aliquem vel aliquid aa) universe α) τινά τινι Matth. XI, 27 et Luc. X, 22. — Matth. XXV, 14. 20. 22. Luc. IV, 6. Act. XXVII, 1. XXVIII, 16. (Diod. Sic. V, 36. Xen. Ages. IV, 3. H. G. II, 1. 6. Anab. IV, 6. 1.) — τῇ χάριτί τινος = *commendo benevolentiae alicuius* Act. XV, 40. — c. εἴς τι i. e. *bezüglich auf etwas* XIV, 26. — παρέδωκε τὸ πνεῦμα sc. τῷ θεῷ *tradidit animam* scil. *Deo* Joh. XIX, 30. Formula ducta e Ps. XXXI, 5. ubi אַפְקִיד רוּחִי בְּיָדְךָ LXX εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου i. e. *animam meam tibi commendo.* Cf. *Kuinoel* ad Joh. l. l. — 1 Petr. II, 23. παρεδίδου — δικαίως i. e. τὸ λοιδορεῖσθαι, τὸ πάσχειν = *sortem ab hostibus suis sibi paratam Deo iudicandam commisit, iudici iusto.* — additur particip. praesentis ad consilium spectans [cf. *Matthiae* §. 566, 6. p. 1117.] 2 Petr. II, 4. σειραῖς — τηρημένους sc. αὐτοὺς *tenebrarum catenis, in carcerem detrudens, commisit eos, ab hoc inde tempore ad iudicium detinendos.* — bb) de *reddente* τινί τι 1 Cor. XV, 24. (Xen. H. G. II, 3. 7.) — — — BB) signific.

media pro: παραδίδομαι vel παραδίδωμι ἐμαυτόν, *me trado*, *me offero*, trop. de frugibus messori sese offerentibus = ad metendum paratis Marc. IV, 29. quo loco e vocab. δρέπανον repetendum est vocab. τοῖς θερισταῖς utpote τῷ δρεπάνῳ armatis. Cf. de activo significatione media posito sub παραβάλλω observata, item *Winer* p. 107. *Fritzsche* diss. II. p. 14 sq. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. II. p. 271. *Viger.* p. 182.

B) = *expono* i. e. a) *narro*, τινί Luc. I, 2. (εἰς μνήμην Diod. Sic. I, 3. — Herodian. I, 1. 3.) — b) *doceo*, τινί τι 1 Cor. XI, 2. 2 Petr. II, 21. Jud. v. 3. — Act. XVI, 4. παρεδίδουν αὐτοῖς — κεκριμένα pro: παρεδίδουν αὐτοῖς τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα, παρακαλοῦντες, φυλάσσειν αὐτά. —

Παράδοξος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ὁ παρὰ τὴν δόξαν ὤν; inopinatus, incredibilis Lucian. Dial. Deorr. IX, 3. Diod. Sic. XIII, 12. Xen. Cyr. VII, 2. 16.) *mirus*, *mirabilis* Luc. V, 26. εἴδομεν παράδοξα. (Sirac. XLIII, 25. Polyb. I, 2. 1. Lucian. Dial. Deorr. XX, 1. Aelian. V. H. IV, 25. Herodian. I, 1. 5.)

Παράδοσις, εως, ἡ, *traditio*, [propr. i. e. actus tradendi, die Uebergabe einer Sache an Jemanden Thuc. I, 9.] i. e. *res*, *oratio*, *institutio ore tradita*, de praeceptis ore traditis et propagatis a) propr. Matth. XV, 2. 3. 6. Marc. VII, 3. 5. 8. 9. 13. Gal. I, 14. πατρικαὶ παραδόσεις. Col. II, 8. (Diod. Sic. II, 29. XX. 15. Polyb. XII, 6. 1.) — b) *praeceptum* 1 Cor. XI, 2. 2 Thess. II, 15. III, 6. (Polyb. XI, 8. 2.) Saepius non legitur in N. T.

Παραζηλόω, ῶ, f. ώσω, (ex παρά et ζηλόω q. v.) 1) *ad aemulationem provoco aliquem*, τινά Rom. XI, 11. 14. addito ἐπί τινι X, 19. Cf. ἐπί p. 585. — LXX ita pro הִקְנִיא Deut. XXXII, 21. — 2) *ad iram provoco* 1 Cor. X, 22. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον. (Sirac. XXX, 2.)

Παραθαλάσσιος, ία, ιον, (ex παρά et θάλασσα) *ad mare situs*, *maritimus*. Semel legitur in N. T. Matth. IV, 13. — LXX pro עַל־שְׂפַת הַיָּם 2 Chron. VIII, 17. (Diod. Sic. III, 54. Polyb. I, 20. 6. Xen. H. G. I, 1. 24. Thuc. I, 5.)

Παραθεωρέω, ῶ, f. ήσω, (res iuxta se positas contemplor, ut fit in comparationibus Xen. Mem. IV, 8. 17. a παρά et θεωρέω quod v.) *despicio*, *posthabeo*, *negligo*, sq. accus. Extat tantum Act. VI, 1. — (Diod. Sic. T. X. p. 139. ed. *Bip.* Dem. 1414, 22.)

Παραθήκη, ης, ἡ, (a παρατίθημι appono, depono apud aliquem) *depositum*, *res deposita apud aliquem vel fidei eius tradita*, appellatur ita munus Timothei curae commissum 1 Tim. VI, 20. 2 Tim. I, 12. 14. Saepius non extat in N. T. Habent tamen in locis iisdem Codd. παρακαταθήκη q. v.

Παρακαλύπτω, f. ψω, (a παρά et καλύπτω tego; iuxta ponens aliquid obtego rem) *occulto alicui aliquid.* Semel in N. T. τί ἀπό τινος [vid. ἀπό p. 109.] Luc. IX, 45. — Ita הֶעְלִים seq. מִן et ἀποκρύπτω ἀπό τινος 2 Regg. IV, 27. (Plutarch. Pompei. c. 60.)

Παρακαταθήκη, ης, ἡ, (a παρακατατίθημι) *depositum* i. q. παραθήκη et quatenus huic praeferendum sit, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 313. Loco παραθήκης Codd. habent παρακαταθήκη 1 Tim. VI, 20. 2 Tim. I, 12. 14. (Diod. Sic. XV, 76. Polyb. XXXIII, 12. 1. Aelian. V. H. IV, 1. Xen. Anab. V, 3. 7. Thuc. II, 72.)

Παράκειμαι, (a παρά et κεῖμαι, iaceo; adiaceo, vicinus sum Polyb. IV, 38. 7. Aelian. V. H. II, 17. Xen. Anab. VII, 3. 22. metaphorice:) *in promtu sum*, τινί Rom. VII, 18. τὸ γὰρ θέλειν sc. τὸ καλόν, παράκειταί μοι. v. 21. 2 Cor. VIII, 12.

Παράκλησις, εως, ἡ, (advocatio, arcessitus Dem. 275, 20.) 1) *adhortatio, cohortatio* a) propr. Rom. XII, 8. ἐν τῇ παρακλήσει. 1 Cor. XIV, 3. 2 Cor. VIII, 4. 17. Phil. II, 1. 1 Tim. IV, 13. Hebr. XII, 5. XIII, 22. (Jos. de vit. sua c. 17. Polyb. XXII, 7. 2. Diod. Sic. XV, 56. Thuc. VIII, 92.) — b) *institutionis* sens. Act. XIII, 15. XV, 31. IV, 36. υἱὸς παρακλήσεως v. υἱός. et *Gesen.* p. 649. — 1 Thess. II, 3. — 2) ex usu Hellenistarum cf. *Böhme* epist. ad Hebr. p. 284. — *solatium*, *Trost* a) propr. Rom. XV, 4. 2 Cor. I, 3—7. VII, 4. 7. 13. Philem. v. 7. Hebr. VI, 18. — LXX pro תַּנְחוּמִים Jer. XVI, 16. — b) ut hebr. נֹחַם [cf. *Gesen.* ad Jes. XLIX, 13. *Simon.* lex hebr. p. 615. ed. *Winer*] transfertur ad solatium opitulando admotum alicui = *adiumentum* aa) propr. Act. IX, 31. — bb) metonym. *auctor auxilii* Luc. II, 25. quo loco vocab. παράκλησις τοῦ ἰσραήλ significatur Messias, utpote liberator et adiutor populo israelitico a Deo promissus. — De consolatore et auxiliatore LXX pro מְנַחֵם Nah. III, 7. (nata esse videtur haec huius vocis significatio a παρακαλεῖν *in auxilium vocare* Xen. H. G. II, 4. 10. Dem. 915, 25.) — c) ex adiuncto: *quicquid suaviter animum afficit*, *bonum*, *ein Gut* Luc. VI, 24. 2 Thess. II, 16. — Saepius non habetur in N. T.

Παράκλητος, ου, ὁ, (a παρακαλέω — propr. advocatus) 1) *qui causam alicuius agit coram aliquo, defensor* 1 Joh. II, 1. ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα. (Dem. 343, 10. Dionys. Hal. Ant. rom. XI. p. 717. ed. *Sylburg.*) — 2) *adiutor*, *opitulator* Joh. XIV, 16. 26. XV, 26. XVI, 7. — Huius vocab. usus ut ad Rabbinos transiit: פְּרַקְלִיט vel פְּרַקְלִיטָא, ita eo usi sunt in explicando מַלְאָךְ מֵלִיץ = angelus intercedens, qui hominis causam agit apud Deum Job. XXXIII, 23. Cf. *de Ammon* bibl. Theol. Vol. I. p. 355. *Simon.* lex. hebr. p. 527. ed. *Winer.* —

Παρακοή, ῆς, ἡ, (a παρά et ἀκοή auditus; obiter vel male auditum i. q. παράκουσμα. Dionys. Hal. Ant. IX. c. 22.) *inobedientia* a) propr. Rom. V, 19. — b) metonym. *πᾶσα παρακοή*, *omnes inobedientes* 2 Cor. X, 6. Hebr. II, 2. (Exempla graeca huius metonymiae habet *Lobeck* ad Phryn. p. 469.)

Παρακολουθέω, ῶ, f. ήσω, (a παρά et ἀκολουθέω sequor; iuxta vel pone sequor aliquem i. e. ita, ut nunquam ab eius latere discedam Xen. Symp. VIII, 23. Dem. 281, 22. Diod. Sic. XX, 29.) *sequor*, metaph. a) *praesto sum alicui*, τινί Marc. XVI, 17. — b) *mente sequor*, *investigo*, *examino*, *mit den Gedanken einer Sache gleichsam nachgehen*, τινί Luc. I, 3. — (Polyb. I, 12. 7. Dem. 285, 21. 1210, 11.) — c) *sequor* i. e. *probo*, *amplector*, τινί 1 Tim. IV, 6. — d) *sequor* i. e. *imitor*, τινί 2 Tim. III, 10. — (2 Macc. IX, 27.) Saepius non legitur in N. T.

Παρακούω, f. ούσω, (a παρά et ἀκούω, audio; obiter vel negligenter et perperam audio Aelian. V. H. V, 9. Polyb. VII, 11. 9.) *audire nolo*, *non obtempero*. Bis in N. T. sq. genit. Matth. XVIII, 17. ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, ibid. ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ. De genit. iuncto c. verbis obediendi v. *Matthiae* §. 362. p. 676. (Polyb. XXVI, 2. 1. Epictet. Enchirid. c. 32. Jos. Ant. VI, 7. 4.) —

Παρακύπτω, f. ψω, (a παρά et κύπτω incurvo me; daneben stehen und sich bücken) *inclinato capite adspicio* vel *incurvato corpore introspicio*. Ita a) iunct. c. βλέπω, sq. τι Luc. XXIV, 12. Joh. XX, 5. — b) sq. εἴς τι = *in etwas hineingucken* aa) propr. Joh. XX, 11. (Sirac. XXI, 23. ἐπί τι Dem. 46, 27. — Arrian. diss. epict. I, 1. 16.) — bb) metaph. inspicio, εἴς τι = *cognosco* Jac. I, 25. 1 Petr. I, 12. —

Παραλαμβάνω, f. λήψομαι, aor. 2. παρέλαβον [de forma 3 pers. plur. παρελάβοσαν 2 Thess. III, 6. cf. sub δολιόω observata — a παρά et λαμβάνω) 1) *traditione accipio*, *durch Ueberlieferung bekommen* [Diod. Sic. I, 5. ἀκοῇ Herodot. II, 148.] i. e. a) *institutione accipio* aa) τί Marc. VII, 4. 1 Cor. XIV, 3. — iungitur c. διδάσκεσθαι, μανθάνειν Gal. I, 9. Phil. IV, 9. (Aristid. Panathen. p. 116. Xen. Mem. III, 5. 22.) — bb) τὶ ἀπό τινος 1 Cor. XI, 23. — cc) τὶ παρά τινος Gal. I, 12. 1 Thess. II, 13. IV, 1. 2 Thess. III, 6. — dd) χριστὸν ἰησοῦν i. e. *doctrinam Jesu* Col. II, 6. — b) *administrandum accipio*, sq. accus. rei, ut διακονίαν Col. IV, 17. βασιλείαν Hebr. XII, 28. (Jos. Ant. XV, 2. 2. Arrian. exp. Alex. M. I, 1. 1. Diod. Sic. XI, 68. Dem. 1048, 21. Xen. Cyr. I, 1. 4. VIII, 3. 50.) — — 2) *assumo*, *mecum sumo*, *adiungo mihi aliquem* a) sq. *acc. pers.* Matth. XVII, 1. XX, 17. — XXIV, 40. 41 et Luc. XVII, 34. 35. — Matth. XXVI, 37. Marc. IV, 36. V, 40. IX, 2. X, 32. Luc. IX, 10. 28. XI, 26.

XVIII, 31. Joh. XIX, 16. Act. XIII, 34. XVI, 33. XXI, 24. 26. 32. XXIII, 18. (Herodian. III, 14. 7. Arrian. l. l. VII, 4. 11. Xen. Cyr. I, 4. 15.) — b) *τινὰ εἰς c. acc. loci* Matth. IV, 5. 8. XXVII, 27. (Aelian. V. H. II, 18.) — c) *τινὰ μετά τινος* Matth. XII, 45. XVIII, 16. Marc. XIV, 33. — d) *τινὰ πρός τινα* Joh. XIV, 3. — e) sq. duplici acc., uno obiecti, altero praedicati = *als etwas zu sich nehmen*, ut *τινὰ γυναῖκα* Matth. I, 20. (Xen. Oecon. VII, 5.) — v. 24. sc. *μαριάμ*. (Jos. Ant. I, 19. 6 fin.) — — 3) *recipio*, a) sq. acc. pers. aa) de personis in tutelam recipientibus aliquem Matth. II, 13. 14. 20. 21. — bb) praecedd. *οὐ: οὐ παραλαμβάνω τινα* = *repudio aliquem*, i. e. *non agnosco eum talem, qualis est et qualem se profitetur* Joh. I, 11. — b) sq. acc. rei = *assensum praebeo, fidem habeo* 1 Cor. XV, 1. — Saepius non extat in N. T.

Παραλέγομαι, (a *παραλέγω* iuxta pono) *praeterlego* i. e. *praeternavigo.* Bis in N. T. sq. acc., ut *αὐτήν* sc. *τὴν κρήτην* Act. XXVII, 8. 13. (Diod. Sic. XIII, 3. XIV, 55.)

Παράλιος, *ίου, ὁ, ἡ, — ον, τό*, (a *παρά* et *ἅλς*) *maritimus, mari adiacens.* Extat tantum Luc. VI, 17. *τῆς παραλίου*, sc. *χώρας*. cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 562. ed. *Schäfer*. (Diod. Sic. III, 16. Polyb. III, 39. 3. Thuc. II, 56.)

Παραλλαγή, *ῆς, ἡ*, (a *παραλλάσσω* transmuto) *mutatio.* Legitur tantum Jac. I, 17. — (Arrian. diss. epict. II, 23. Plotin. Enn. VI, 6. 3.)

Παραλογίζομαι, f. *ίσομαι*, (ex *παρά* in compos. male, secus v. *Viger*. p. 651. male supputo Dem. 822, 25. 1037, 25.) *decipio, fraude circumvenio*, sq. acc. pers. Ita bis in N. T. Col. II, 4. Jac. I, 26. (LXX pro הֵתֵל Judd. XVI, 10. רִמָּה Gen. XXIX, 25. (Diod. Sic. XX, 8. Arrian. diss. epict. II, 20. 7. Polyb. XXXI, 9. 10. Artemid. III, 2 et 56.)

Παραλυτικός, *ή, όν*, (a *παραλύω* q. v. propr. ad dissolvendum aliquid ab una parte pertinens) *paralyticus* i. e. *nervorum resolutione ab una parte laborans, auf einer Seite gelähmt, membris captus* Matth. IV, 24. VIII, 6. IX, 2. 6. Marc. II, 3 — 5. 9. 10. Saepius non legitur in N. T. — „Resolutio nervorum interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud *ἀποπληξίαν*, hoc *παράλυσιν* nominarunt, nunc utrumque *παράλυσιν* nominari video“ Celsus III, 27. Adde *Winer* bibl. Realw. p. 776.

Παραλύω, f. *ύσω*, *dissolvo*, [propr. dissolvo ab una parte; tum solvo, quae iuxta se posita vel ligata erant, ut *τὰ σάκκια* Diod. Sic. XIII, 106.] metaph. *enervo, debilito* a) universe Hebr. XII, 12. *παραλελυμένα γόνατα*. LXX pro נִלְאָה Gen. XIX, 11. (Diod. Sic. XX, 72. Polyb. XXXIII, 22. 1. qui-

bus adde LXX Jes. XXXV, 3 et Sirac. XXV, 23.) — b) *παραλελυμένος* i. q. *παραλυτικός* q. v. *membris captus, nervorum resolutione laborans* Luc. V, 18. 24. Act. VIII, 7. IX, 33. (Aeschin. Dial. Socr. III, 9.)

Παραμένω, f. *μενῶ*, (a *παρά* et *μένω*) *permaneo*, a) propr. *permaneo apud aliquem* vel *in aliqua re* 1 Cor. XVI, 6. *πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ.* Hebr. VII, 23 *κωλύεσθαι παραμένειν* sc. *ἐν τῇ ἱερωσύνῃ.* Alii, ut apud Artemid. II, 27 et 67. *παραμένειν* Hebr. l. l. vertunt et explicant: in vita permanere. — (Artemid. IV, 46. Xen. Mem. III, 2. 3. Thuc. I, 65.) — b) metaph. *inhaereo rei, immaneo rei* Jac. I, 25. *καὶ παραμείνας* i. e. *legi cognoscendae et observandae immanens.* (Diod. Sic. II, 29. Polyb. II, 30. 7.) Saepius non habetur in N. T.

Παραμυθέομαι, *οῦμαι*, f. *ήσομαι*, (ex *παρά* et *μυθέομαι* loquor, verba facio Hom. Iliad. XVII, 200 hinc *παραμυθέομαι* verba facio ad aliquem, deliniendi notione adiuncta Thuc. VIII, 72.) 1) *consolor, trösten* a) *τινά* Joh. XI, 31. 1 Thess. V, 14. (Aelian. V. H. XII, 1 fin. Xen. Apol. Socr. §. 26. Symp. I, 16. Thuc. II, 44.) — b) *τινὰ περί τινος* Joh. IX, 19. — 2) *adhortor* 1 Thess. II, 11. Saepius non legitur in N. T.

Παραμυθία, *ας*, *ἡ*, (allocutio blanda, adhortatio Xen. Ages. V, 3.) *solatium.* Semel in N. T. 1 Cor. XIV, 3. — (Sap. XIX, 12. Aelian. V. H. XII, 1. Aeschin. Dial. Socr. III, 3.)

Παραμύθιον, *ίου*, *τό* i. q. *παραμυθία*, *solatium.* Extat tantum Phil. II, 1. — (Sap. III, 18. Thuc. V, 103.) Utrumque apud veteres Graecos reperiri, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 517.

Παρανομέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *παράνομος*) *contra legem ago, violo legem.* Legitur tantum Act. XXIII, 3. *παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι.* LXX pro הֵלִיץ Ps. CXIX, 51. (Diod. Sic. I, 75. Lucian. Dial. Deorr. XXV, 5. Aelian. V. H. XIV, 29. Xen. Mem. IV, 4. 4.)

Παρανομία, *ας*, *ἡ*, *legis violatio, improbitas.* Semel in N. T. 2 Petr. II, 16. — (2 Macc. III, 4. Diod. Sic. V, 71. Polyb. I, 7. 4. Dem. 808, 7. Thuc. IV, 98.)

Παραπικραίνω, f. *ανῶ* aor. 1. *παρεπίκρᾱνα*, (ex *παρά* et *πικραίνω* amarum vel acerbum reddo) *exacerbo.* Semel in N. T. Hebr. III, 16. *τίνες γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν* sc. *τὸν θεόν rebellantes contra eum.* Ita LXX pro מָרָה Ps. CVI, 8. 43. סָרַר Ps. LXVI, 7. LXVIII, 7. (3 Esr. VI, 15. de aor. 1. act. *παρεπίκρᾱνα* cf. *Buttm.* §. 90, 4. gram. max. I. §. 101, 4. p. 453. *Matthiae* §. 185. p. 382. —

Παραπικρασμός, *οῦ*, *ὁ*, (a *παραπικραίνω*) *exacerbatio.* Bis in N. T. Hebr. III, 8 et 15. *ἐν τῷ παραπικρασμῷ*

i. e. *cum rebellando exacerbarent Deum.* Ita LXX pro מְרִיבָה Ps. XCV, 8.

Παραπίπτω, f. *πεσοῦμαι*, aor. 2. *παρέπεσον*, (a *παρά* et *πίπτω* cado; propr. cado vel labor iuxta aliquem vel aliquid; deinde obviam fio, incido in aliquem Xen. Cyr. I, 2. 10.) *aberro*, *deflecto* [propr. *τῆς ὁδοῦ* Polyb. III, 54. 5.] metaph. pro: *deficio.* Legitur tantum Hebr. VI, 6. *παραπεσόντας* sc. *τοῦ ῥήματος.* Cf. *Matthiae* §. 352. p. 667. §. 332. p. 641. Ita LXX pro מָעַל Ezech. XIV, 13. (*παραπ. ἀληθείας* Polyb. XII, 7. 2. Xen. H. G. I, 6. 4.)

Παραπλέω, f. *εύσω*, *praeternavigo*, sq. acc. loci, ita semel in N. T. Act. XX, 16. — (Xen. Anab. VI, 2. 1. — Polyb. I, 25. 1. Thuc. I, 111.)

Παραπλήσιον, [neutr. adiectiv. *παραπλήσιος* proxime accedens ad aliquid, similis, seq. dativ. cf. *Matthiae* §. 386, 3. p. 708. §. 339. p. 649. Arrian. Exped. Alex. M. VII, 1. 9. Polyb. I, 7. 1. Diod. Sic. I, 88. Xen. Mem. III, 4. 12. in N. T.] adverbialiter: *prope ad*, *fere ad*, seq. dat. Legitur tantum Phil. II, 27. *ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ.* (absolute Thuc. VII, 19.)

Παραπλησίως, adv. (a *παραπλήσιος* proxime accedens; proxime) *similiter*, *pariter*, *eodem modo.* Semel in N. T. Hebr. II, 14. *παραπλησίως μετέσχε αὐτῶν.* (Diod. Sic. I, 35. V, 45. Polyb. I, 42. 1. Xen. Oecon. III, 5.)

Παραπορεύομαι, f. *εύσομαι* (a *παρά* et *πορεύομαι*) *ad latus incedo*, *praetereo* a) absolute Matth. XXVII, 39. Marc. XI, 20. XV, 29. — b) sq. *διά* c. gen. loci, i. e. *ita locum praetereo*, *ut simul per eum incedam*, *pertranseo* Marc. II, 23. IX, 30. — Ita LXX pro עָבַר sq. בְּ Deut. II, 4. Saepius non legitur in N. T.

Παράπτωμα, *τος*, *τό*, (casus, lapsus, qui fit iuxta aliquid, a *παραπίπτω*) *peccatum.* Dicitur a) sic, ut sit: *peccatum temere commissum* i. e. *a nolente facere iniuriam commissum.* Latet enim in *παραπίπτω* notio fortuiti. Matth. VI, 14. *ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν.* Eadem sententia negatione addita legitur v. 15. Marc. XI, 25. 26. Matth. XVIII, 35. Rom. XI, 11. 12. Gal. VI, 1. Eph. II, 1. — b) ita, ut sit i. q. *ἁμαρτία* vel *ἁμάρτημα* v. *ἁμάρτημα.* Rom. IV, 25. V, 15—18. 20. 2 Cor. V, 19. Eph. I. 7. II, 5. Col. II, 13. Jacob. V, 16. LXX pro פֶּשַׁע Ezech. XIV, 11. עָוֶל Ezech. III, 20. מַעַל Ezech. XV, 8. שְׁגִיאוֹת Ps. XIX, 13. (Polyb. IX, 10. 6.) Saepius non legitur in N. T.

Παραῤῥέω, f. *παραρεύσομαι* a. 2. pass. *παρεῤῥύην* (a *παρά* et *ῥέω*, de aor. 2. p. *ἐῤῥύην* significationem activam habente v. *Buttm.* sub verb. anom. *ῥέω*, gram. max. II. §. 114. p. 225 et *Matthiae* §. 249. p. 486.) *praeterlabor* [propr. Xen. Cyr. IV, 5. 4.], ita, ut sit: *praeterlabi* vel *elabi mihi patior*,

aus Unvorsichtigkeit um etwas kommen Hebr. II, 1. μή ποτε παραῤῥύωμεν. Alii: *deflecto*, ut LXX Prov. III, 21. pro לוז.

) *pugno*, *ich kämpfe* a) sq. *κατά τινος* Apoc. XII, 7. —
) sq. *μετά τινος* [ubi Graeci *πολεμεῖν τινί*. Vide *μετά*
. 79.] Apoc. II, 16. XIII, 4. XVII, 14. — Ita LXX pro נִלְחַם
ּ. עִם 2 Regg. XIV, 15. — c) absol. Apoc. XII, 7. — iunct.
κρίνω de Deo = *vindictam sumo* Apoc. XIX, 11. Cf. *πό-*
εμος θεῶν Xen. Anab. II, 5. 7. — 2) *litigo*, *contendo* Jac.
V, 2. *μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε*. (Diod. Sic. XIII, 84.) Saepius
on legitur in N. T.

Πόλεμος, ου, ὁ, 1) *bellum* Matth. XXIV, 6. Marc.
III, 7. Luc. XIV, 31. XXI, 9. (Diod. Sic. IV, 50. Polyb. III,
. 1 et 2. Xen. Mem. IV, 4. 14.) — 2) ex adiunct.: *pugna*,
roelium 1 Cor. XIV, 8. Hebr. XI, 34. Apoc. IX, 7. 9. XI, 7.
II, 7. 17. XIII, [5.] 7. XVI, 14. XIX, 19. XX, 8. (Diod. Sic.
III, 79. Arrian. Indic. 14, 4. Xen. Cyr. VI, 2. 4.) — 3) *lis*,
ontentio Jac. IV, 1. *πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι*. (Herodian. I,
1. 4. Platon. Phaedon. c. 11. ed. *Fischer*.) Saepius non re-
eritur in N. T.

Πόλις, εως, ἡ, *urbs*, *oppidum*, *die Stadt* a) proprie
a) universe Matth. II, 23. V, 14. X, 11. XI, 20. XXIII, 34.
Marc. I, 45. VI, 56. Luc. VII, 11. VIII, 1. 4. X, 8. 10. XIII, 22.
XVIII, 2. XIX, 17. 19. Joh. XI, 54. Act. XV, 21. XVI, 12.
X, 23. 2 Cor. XI, 26. Tit. I, 5. (Diod. Sic. V, 6. Xen. Mem.
I, 1. 14.) — *ἡ πόλις*, ita legitur, ut sit vel: *urbs ante me-*
orata, *urbs*, *de qua agitur*, *urbs*, *in qua aguntur*, *quae ex-*
onit auctor, = *ἡ πόλις ἐκείνη*, Matth. XXI, 17. 18 coll.
. 10. Marc. XI, 19 coll. v. 1. Luc. IV, 29 coll. v. 16. VII,
2 coll. v. 11. XIV, 21. XXIII, 10 coll. XXII, 54. 66. — Joh.
V, 8. 28. 30 coll. v. 5. Act. VII, 58. VIII, 9 coll. v. 5. IX, 6.
, 9. XIII, 50 coll. v. 14. XIV, 4. 13. 19. 20 coll. v. 8. —
VI, 4. 13. 39 coll. v. 12. XVII, 5. 16. XXI, 5. 29 coll. v. 15.
XIV, 12. XXV, 23 coll. v. 13. Rom. XVI, 23. Apoc. XI, 13
oll. v. 8. XIV, 20. XX, 14. 15. 16. 18. 19. 21. 23 coll. v. 10.
XII, 14. — vel: *urbs primaria* [„quemadmodum vernacule
ie Stadt vocari solet ab agrestibus hominibus aut proxima
ut regionis primaria urbs“ *Fritzsche* IV Evv. I. p. 764.], ita de
Hierosolymis Matth. XXVI, 18. XXVIII, 11. Marc. XIV, 13. 16.
uc. VII, 37. XIX, 41. XXII, 10. XXIV, 49. Joh. XIX, 20. Act.
II, 10. — de urbe primaria agri Gadarenorum i. e. Gadara
Matth. VIII, 33 coll. v. 28. Marc. V, 14 coll. v. 1. Luc. VIII,
7. 34. 39 coll. v. 26. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 331. — bb) ad-
itur *adiect.* vel *adverb. c. artic. περίφρασιν* faciens adiectivi
) universe, ut *πόλις ἡ μεγάλη — ὅπου — ὁ κύριος — ἐσταυ-*
ρώθη Apoc. XI, 8. — addito *βαβυλών* Apoc. XVIII, 10. 21.
abest *βαβυλών* cogitatione addendum XVI, 19. XVII, 18.
XVIII, 10. 16. 18. 19. — *αἱ ἔξω πόλεις* Act. XXVI, 11. *αἱ*
περί τι πόλεις = *urbes circumiacentes* Jud. v. 7. *αἱ πέριξ*

πόλεις *urbes vicinae* Act. V, 16. — ἡ π. αὕτη Matth. X, 23. Act. XVI, 12. XVIII, 10. XXII, 3. — ἡ π. ἐκείνη Matth. X, 14. 15. Luc. IX, 5. X, 12. XVIII, 3. Joh. IV, 39. Act. VIII, 8.— αἱ ἕτεραι π. Luc. IV, 43. ἥδε ἡ π. Jac. IV, 13. ἡ π. ὅλη Act. XIX, 29. XXI, 30. πᾶσα πόλις *quaevis urbs* Matth. XII, 25. Luc. X, 1. Act. XV, 36. — πᾶσαι αἱ π. item αἱ π. πᾶσαι Matth. IX, 35. Marc. VI, 33. Act. VIII, 40. — β) ἡ ἰδία πόλις, i. e. vel: *urbs mihi propria* i. e. *urbs, in qua sedem habeo* vel *habito* Matth. IX, 1 coll. IV, 13. — vel *gentis meae urbs primaria* Luc. II, 3. — γ) ἡ ἁγία πόλις, vel ἡ πόλις ἡ ἠγαπημένη, insignitur hoc nomine apud Judaeos urbs Hierosolyma ob magnam cerimoniam, qua in templo ibi exstructo colebatur Jehova Matth. IV, 5. XXVII, 53. Apoc. XI, 2. XX, 9. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 163. — cc) sq. *genit. pers.* i. e. α) *urbs, in qua habitat aliquis* Matth. XI, 4. XXII, 7. Luc. IV, 29. X, 11. Joh. I, 45. Act. XVI, 20. Apoc. XVI, 19. — τοῦ μεγάλου βασιλέως *urbs, in qua sedem habet rex magnus Israelitarum* Matth. V, 35 coll. Ps. XLVIII, 2. Tob. XIII, 15. — β) *urbs, in qua natus est aliquis, urbs alicuius patria* Luc. II, 4. 11. — dd) additur genit. nominis gentilis, ut δαμασκηνῶν 2 Cor. XI, 32. ἐφεσίων Act. XIX, 35. τῶν ἰουδαίων Luc. XXIII, 51. τοῦ ἰσραὴλ Matth. X, 23. σαμαρειτῶν X, 5. — ee) additur nomen proprium urbis, nunc casu secundo, ut σοδόμων, γομόῤῥας 2 Petr. II, 6. θυατείρων Act. XVI, 14. — nunc nominativo casu, ut πόλις ἰόππη Act. XI, 5. λασαία XXVII, 8. ναζαρέτ Luc. II, 4. 39. ἰούδα Luc. I, 39. i. e. vel: *urbs Jutta*, ita *Kuinoel* ad h. l. vel *urbs tribus Judae*, in qua natus est Joh. Baptista et quam *Hebronis* nomine insignem fuisse interpretes nonnulli existimant cf. *Winer* bibl. Realw. p. 314. 370. — ff) additur genit. *regionis*, ut τῆς γαλιλαίας Luc. I, 26. IV, 31. τῆς κιλικίας Act. XXI, 39.— Joh. IV, 5. Act. VIII, 5. XIV, 6. — abest genit. regionis, ita ut αἱ πόλεις = *urbes regionis*, in qua, quae narrantur, evenerunt, vel: *urbes vicinae* Matth. XIV, 13. Marc. VI, 33. Luc. V, 12. — — bb) ubi praedicantur de urbe, quae sunt hominum eam incolentium, pro: *incolae urbis* Matth. VIII, 34. XXI, 10. Marc. I, 33. Act. XIII, 44. XIV, 21 coll. v. 20. (Herodian. III, 2. 13. Xen. Cyr. I, 4. 25.) — —

b) de *Hierosolymis coelestibus*, quas demissum iri tempore Messiae in terram Judaeis persuasum erat Hebr. XI, 10. 16. XII, 22. XIII, 14. Apoc. XXI, 2. 10. XXII, 19. Cf. *Berthold* Christologia p. 217 sqq. *Böhme* epist. ad Hebr. p. 565.

c) ex adiunct. *domicilium* Hebr. XIII, 14.

Πολιτάρχης, ου, ὁ, urbis praefectus. Bis in N. T. Act. XVII, 6. 8.

Πολιτεία, ας, ἡ, (a πολιτεύω, civis sum; conditio eius, qui civis est, qui civis vel privatus in urbe vivit

Polyb. XV, 26. 6. Dem. 161, 16. administratio reipublicae Xen. Mem. III, 9. 15.) 1) *civitas*, *respublica* i. e. *der Staat*, *das Gemeinwesen* Eph. II, 2. (2 Macc. IV, 11. VIII, 17. Diod. Sic. I, 28. Polyb. VI, 14. 4. Xen. Mem. II, 1. 13.) — 2) *civitas* i. e. *ius civitatis* Act. XXII, 28. πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. (3 Macc. III, 21. Diod. Sic. XII, 51. XIII, 35. Polyb. VI, 2. 12. Aelian. V. H. XII, 43. Plutarch. apophth. Mor. II. p. 29. ed. *Tauchn.* Xen. H. G. I, 1. 17. I, 2. 7.) Saepius non legitur in N. T.

Πολίτευμα, τος, τό (a πολιτεύω, civis sum; ratio reip. administrandae; institutum ad civitatem vel rempublicam pertinens Dem. 107, 25. 262, 27. Dionys. Halic. Ant. II, 15.) *civitas*, *respublica*. Semel in N. T. Phil. III, 20. — (2 Macc. XII, 7. Polyb. II, 41. 6.)

Πολιτεύομαι, f. εύσομαι, pf. πεπολίτευμαι signif. media cf. *Buttm.* §. 123, 4. *Matthiae* §. 493, 3. p. 926. *Winer* p. 112. (a πολιτεύω in civitate versor, civis sum Aelian. V. H. XIV, 28. Xen. Mem. IV, 4. 13. civitatem administro Polyb. IV, 76. 2. Xen. Mem. IV, 4. 16. civem facio Diod. Sic. XI, 72.) *vitam instituo*, *gero me* [ad normam a civitate praescriptam Dem. 665, 20. — in N. T. universe:] *ich betrage mich*, ita bis a) c. adv. Phil. I, 27. — b) addito τῷ Θεῷ i. e. vel: *ad normam a Deo praescriptam* [cf. *Winer* II. p. 71. *Matthiae* §. 399, not. p. 730.] vel: *iudicio Dei*, i. e. *ita ut prober Deo* [cf. *Winer* l. l. *Matthiae* §. 388. p. 710.] Act. XXIII, 1. — (2 Macc. VI, 1. 3 Macc. III, 4. Joseph. de Maccab. §. 4.)

Πολίτης, ου, ὁ, (a πόλις) *civis*. Ter in N. T. a) universe Luc. XV, 15. Act. XXI, 39. LXX pro בֶּן־עַמִּי Gen. XXIII, 11. רֵעַ Jer. XXXI, 34. (Diod. Sic. XIV, 7. Herodian. III, 10. 11. Xen. Mem. IV, 6. 14.) — b) = *civitatis socius*, *Mitbürger* Luc. XIX, 14. — de Hebr. VIII, 11. vid. *Griesb.* (Xen. Cyr. II, 2. 26.) —

Πολλά v. *πολύς*.

Πολλάκις, adv. (a πολύς) *saepe*, *frequenter* Matth. XVII, 15. Marc. V, 4. IX, 22. Joh. XVIII, 2. Act. XXVI, 11. Rom. I, 13. 2 Cor. VIII, 22. XI, 23. 26. 27. Phil. III, 18. 2 Tim. I, 16. Hebr. VI, 7. IX, 25. 26. X, 11. (Xen. Mem. III, 12. 6.) —

Πολλαπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό (a πολύς) *multiplex*, *multo plus*. Semel in N. T. Luc. XVIII, 30. — (Aesop. fab. 22. Polyb. XXXV, 4. 4.)

Πολυεύσπλαγχνος v. *πολύσπλαγχνος*.

Πολυλογία, ας, ἡ, (a πολύλογος) *multiloquium*, *loquacitas*, *verbositas*. Legitur tantum Matth. VI, 7. — LXX pro רֹב דְּבָרִים Prov. X, 19. (Plutarch. de curios. c. 9. Mor. III. p. 385. ed. *Tauchn.* Aristot. Polit. IV, 10. Xen. Cyr. I, 4. 3.)

Πολυμερῶς, adv. (ab adiect. *πολυμερής* multis pa
tibus constans Anthol. gr. T. II. p. 214. ed. *Jacobs.*) *mul*
modis. Extat tantum Hebr. I, 1. (Joseph. Arch. VIII, 3. 9

Πολυποίκιλος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (a *πολύς* et *π*
κίλος q. v.) *admodum varius*, *multiplex.* Semel in N.
Eph. III, 10.

Πολύς, *πολλή*, *πολύ*, I) de quantitate extensiva
1) de *multitudine* vel *copia*: *multus*, *a*, *um*, *viel.*
Legitur ita a) singularis aa) absque artic. et *α*) iunct. c. su
stant. *αα*) universe, ut *ἐργασία* Act. XVI, 16. *καρπός* Jo
XII, 24. XV, 5. 8. *κεφάλαιον* Act. XXII, 28. *παρακαλεῖν δι*
λόγου πολλοῦ item *λόγῳ πολλῷ* i. e. *multis verbis* A
XV, 33. XX, 2. *χόρτος* Joh. VI, 10. — *ββ*) additum substa
tivo multitudinis notionem habenti multitudinis notionem a
get = *magnus*, ut *ἀριθμός* Act. XI, 21. *λαός* XVIII, 10. *ὄχλ*
= *magna multitudo*, *viel Volks* Matth. XIV, 14. XX, 2
Marc. V, 24. VI, 34. IX, 14. XIV, 43. Luc. V, 29. VII, 1
VIII, 4. IX, 37. Joh. VI, 2. 5. XII, 9. 12. Act. VI, 7. Apo
VII, 9. XIX, 6. *πλῆθος* Marc. III, 7. 8. Luc. V, 6. VI, 1
XXIII, 27. Joh. V, 5. Act. XIV, 1. XVII, 4. — *β*) nude po
tum: *πολύ*, *multum*, *Vieles* Luc. XII, 48. — *ἐν πολλῷ π*
στός fidelis *in multa re administranda* Luc. XVI, 9 bis. -
πραθῆναι πολλοῦ multa pecunia Matth. XXVI, 9. (Xe
Mem. I, 2. 60.) — — bb) c. artic. *α*) additum substanti
ut *πολύς ὁ λόγος* Hebr. V, 11. *περὶ οὗ — ὁ λόγος* de qu
quem exponendum habemus sermonem, multus est i. e. *de q*
multa habemus dicenda. — *ὁ πολὺς ὄχλος* = *populi mul*
tudo, nos: *die Menge* Marc. XII, 37. (ita *ὁ πολύς*, item *ὁ π*
λὺς λεώς et similia apud *Lobeck* ad Phryn. p. 193. 390. q
esse hoc graecitatis serioris docet, coll. *Passow* II. p. 51
— — *β*) nude positum: *τὸ πολύ*, *das Viele*, ita 2 C
VIII, 15. *ὁ τὸ πολύ* sc. *λαβών*. cf. *Winer* II. p. 185. — LX
Exod. XVI, 18. *ὁ τὸ πολύ* sc. *συλλέξας*. (Xen. Anab. VII, 7.
οὐ γὰρ ἀριθμός ἐστιν ὁ ὁρίζων τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον.)
b) pluralis legitur aa) absq. artic. *α*) iunctus c. *substa*
vel c. participio substantive posito *αα*) universe, ut *πολλ*
τελῶναι Matth. IX, 10. — VIII, 16. XIII, 17. XXIV, 1
XXVI, 60. XXVII, 53. Marc. I, 34 bis. II, 15. V, 26. VI, 13 b
XII, 41. Luc. IV, 25. 27. VII, 21. VIII, 30. X, 24. Act. VI
7 bis. Rom. VIII, 29. 1 Cor. I, 26 ter. IV, 15. VIII, 5 bi
XI, 30. Gal. I, 14. 1 Tim. VI, 12. 2 Tim. II, 2. 1 Joh. II, 1
IV, 1. 2 Joh. v. 7. Apoc. V, 11. X, 11. (Xen. Mem. I, 2. 60.)
δυνάμεις Matth. VII, 22. VIII, 30. X, 31. XIII, 58. XIX, 2
XXVII, 52. Marc. IV, 33. X, 22. Luc. II, 35. XII, 7. *πολ*
ἀγαθά v. 19. — *δαρήσεται πολλάς* v. 47. vid. *δέρω.* — Jo
III, 23. X, 32. XI, 47. XIV, 2. Act. II, 43. V, 12. VIII, 2

X, 2. XIV, 22. [XX, 19.] XXVIII, 10. Rom. IV, 17. 18. V, 16. μέλη πολλά XII, 4. 1 Cor. XII, 14 bis. — v. 14. 20. 2 Cor. I, 11. II, 4. 1 Tim. VI, 9. 2 Tim. IV, 14. Hebr. II, 10. Apoc. I, 15. VIII, 3. IX, 9. XIV, 2. XIX, 6. 12. — ββ) cum subst. multitudinis notionem habente, ut ὄχλοι Matth. IV, 25. VIII, 1. 18. XII, 15. XIII, 2. XV, 30. XIX, 2. Luc. V, 15. XIV, 25. — — β) c. adiect. αα) interposito καί, ut πολλὰ καὶ ἄλλα Joh. XX, 30. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιώματα Act. XXVII, 7. π. καὶ ἕτερα Luc. III, 18. — adde πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι Tit. I, 10. — cf. de huius formulae vi supra sub ἕτερος p. 637 sq. adnotata. — ββ) absque καί, ut ἄλλαι πολλαί Marc. XV, 41. — Marc. VII, 4. 8. 13. XII, 5. Joh. XXI, 25. ἕτεραι πολλαί Matth. XV, 30. Luc. VIII, 3. Act. XV, 35. (Xen. Cyr. I, 4. 1.) — — γ) nude positum αα) πολλοί, πολλαί, *multi, multae* א) universe Matth. VII, 13. 22. VIII, 11. XIX, 30. XX, 16. XXII, 14. XXIV, 5 bis. v. 10. 11. XXVII, 53. Marc. II, 2. 15. III, 10. V, 9. VI, 2. 31. 33. IX, 26. X, 31. 48. XI, 8. XIII, 6 bis. XIV, 56. Luc. I, 1. 14. II, 34. IV, 41. VII, 21. XIII, 24. XIV, 16. XXI, 8. Joh. II, 23. VIII, 30. X, 41. 42. XI, 55. Act. IX, 13. 42. X, 27. Rom. XVI, 2. 1 Cor. XVI, 9. 2 Cor. I, 11. VI, 10. XI, 18. Gal. III, 16. Phil. III, 18. Hebr. XII, 15. 2 Petr. II, 2. — — ב) a multitudine appellantur, qui sunt *omnes* Matth. XX, 28. XXVI, 28. Marc. X, 45. XIV, 24. Hebr. IX, 28. cf. ad h. l. LXX Jes. LIII, 12. — — β) πολλά, *multa, res multae = Vieles*, ut διδάσκειν, λαλεῖν Matth. XIII, 3. Marc. IV, 2. VI, 34. πάσχειν Matth. XVI, 21. XXVII, 19. Marc. V, 26. VIII, 31. IX, 12. Luc. IX, 22. XVII, 25. — Matth. XXV, 21. 23. Marc. VI, 20. XII, 41. XV, 3. Luc. XII, 41. XXIII, 8. Joh. VIII, 26. XIV, 30. XVI, 12. Act. XXVI, 9. 2 Cor. VIII, 22. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 13. — — δ) sq. genit. partitivo, ut πολλοὶ τῶν φαρισαίων Matth. III, 7. — Luc. I, 16. Joh. IV, 39. VI, 66. XII, 11. XIX, 20. Act. IV, 4. XIII, 43. XIX, 18. XXVI, 10. 2 Cor. XII, 21. Apoc. VIII, 11. (Xen. Apol. Socr. §. 13. Anab. I, 7. 20.) — — ε) sq. ἐκ c. genit. partit., ut πολλοὶ — ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Joh. VI, 60. VII, 31. 40. X, 20. XI, 19. 45. XII, 42. Act. XVII, 12. XVIII, 8. — — — bb) c. artic. οἱ πολλοί i. e. α) *multi illi* sc. de quibus agitur vel dictum est, ut Rom. V, 15 et 19. οἱ πολλοί [= multi illi, qui ab Adamo inde usque ad Messiae tempora vixerunt] ἀπέθανον — v. 15. εἰς τοὺς πολλοὺς [= in multos illos, qui Christo nomen dederunt] ἐπερίσσευσε. v. 19. δίκαιοι — οἱ πολλοί. — οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν i. e. *nos, multi illi, qui Jesu nomen profitentur* Rom. XII, 5. 1 Cor. X, 17. — ὡς οἱ πολλοί i. e. ut multi illi, quos nostis 2 Cor. II, 17. ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν [i. e. multorum illorum, quos vel mala exempla vel perversa doctorum falsorum commenta corruperant coll. v. 10. 11.] Matth. XXIV, 12. αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ

πολλαί, peccata multa illa, quae commisisse dicitur, *die Menge ihrer Sünden* Luc. VII, 47 coll. v. 37. 39. — Apoc. XVII, 1. *τὸ κρίμα τῆς πόρνης — τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν insidentis aquis illis multis*, quas vides. Quo loco cum praecedens *δείξω σοι* indicio sit, *δεικτικῶς* haec verba dici, in promtu est, *τὰ ὕδατα τὰ πολλά esse* = *die Gewässer, dort die vielen*. Cf. ad h. l. v. 15. — Act. XXVI, 24. *τὰ πολλὰ γράμματα* i. e. *litterae multae illae*, quas doctus es vel quas doctum te esse, ex oratione tua intellexi. Cf. de articulo ad praecedd. respiciente *Winer* p. 52. *Matthiae* §. 266. p. 549. §. 267. p. 551. (Plato apol. Socr. §. 1. ab init.) — — *β*) *plurimi, die Meisten* 1 Cor. X, 33. Cf. *Matthiae* §. 266. p. 549. *Passow* II. p. 513. *Schäfer* melet. p. 3. 65 coll. *Valckenar.* diatrib. p. 225. ed. Lips. — — — 2) de *spatio*, ubi Lat. nunc *amplus, magnus*, nos: *weit, ausgedehnt*, ita *θερισμός seges metenda, das Erndtefeld* Matth. IX, 37. Luc. X, 2. — Ita רַב Esth. I, 20. (de moenibus Babylonis Xen. Cyr. VII. 5. 2.) — nunc: *profundus, altus*, ut *γῆ* Matth. XIII, 5. Marc. IV, 5. cf. sequentia: *διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς*. — — 3) de *tempore*, ubi Lat. *multus, longus*, nos: *lange, viel*, ut *πολὺν χρόνον* = *diu* Joh. V, 6. (Plat. apol. Socr. §. 2.) — *πολλῆς ὥρας γενομένης* = *multa hora praeterlapsa* Marc. VI. 35 (Xen. Anab. V, 2. 17.) — *πολλοῖς χρόνοις*, multis temporibus = *saepe* Luc. XII, 29. cf. *Matthiae* §. 406. p. 742 — *εἰς ἔτη π.* Luc. XII, 19. — *ἐπὶ πολύ* = *diu* Act. XXVIII, 6. Vide *ἐπί*. — *μετ' οὐ πολύ* Act. XXVII, 4. *οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας* Act. I, 5. — Matth. XXV, 19. Vide *μετά* p. 81. — *ἀπό* item *ἐκ πολλῶν ἐτῶν* Act. XXIV, 10. Rom. XV, 23. —

II) de quantitate intensiva, in quibus Lat. *magnus, insignis*, etiam *gravis, vehemens*, ita 1) in locis, ubi, quod substantivo indicatur, cogitari potest saepius repetitum cf. *Passow* II. p. 512. — ut *θρῆνος, κλαυθμός, ὀδυρμός* Matth. II, 18. *διακονία* Luc. X, 40. *πόνος* Col. IV, 13. — 2) de *gradu* eximio cf. *Passow* l. l., ut *ἀγάπη* Eph. II, 4 *ἀγών* 1 Thess. II, 2. *ἄθλησις* Hebr. X, 32. *ἀσιτία* Act. XXVII, 21. *βία* XXIV, 7. *γογγυσμός* Joh. VII, 12. *δοκιμή* 2 Cor. VIII, 2. *δόξα* Matth. XXIV, 30. Luc. XXI, 27. *δύναμις* Marc. XIII, 26. *εἰρήνη* Act. XXIV, 3. *ἔλεος* 1 Petr. I, 3. *ἐπιθυμία* 1 Thess. II, 17. — *ζημία* Act. XXVII, 10. *θλίψις* 2 Cor. II, 4. 1 Thess. I, 6. *καύχησις* 2 Cor. VII, 4. *μακροθυμία* Rom. IX, 22. *μισθός* Matth. V, 12. Luc. VI, 23. 35. *ὀδύνη* 1 Tim. VI. 10. *παράκλησις* 2 Cor. VIII, 4. *παῤῥησία* III, 12. VII, 4. 1 Tim. III, 13. Philem. v. 8. *πεποίθησις* 2 Cor. VIII, 22. *πληροφορία* 1 Thess. I, 5. *σιγή* = *altum silentium* Act. XXI, 20. *στάσις* XXIII, 10. *συζήτησις* XV, 7. XXVIII, 29. *τρόμος* 1 Cor. II, 3. *φαντασια* XXV, 23. *χαρά* Philem. v. 7. (*ἐλπίς* Aeschin. dial.

Socr. I, 11. σιγή Xen. Cyr. VII, 1. 25. σοφία Sirac. XV, 18. ὄνομα Aelian. V. H. II, 13. ἀμέλεια Xen. Mem. II, 1. 6. εὐσέβεια Diod. Sic. III, 55. κακόν Thuc. II, 51.) —

III) neutr. adverbialiter, cf. *Matthiae* §. 446. p. 833. *Passow* l. l. Legitur ita 1) singular. a) πολύ, *multum, valde*, aa) c. verbo, ut ἠγάπησε Luc. VII, 41. ἰσχύει Jac. V, 16. πλανᾶσθε Marc. XII, 27. συνεβάλετο Act. XVIII, 27. — abest verb., ut ὠφελεῖ, ducendum e praeced. ὠφέλεια Rom. III, 2. — bb) c. comparat., ut πολὺ σπουδαιότερον 2 Cor. VIII, 22. (Lucian. D. D. II, 1. Xen. Mem. II, 10. 2. Cyr. VII, 3. 9.) cf. *Passow* l. l. — b) dat. πολλῷ, *multo*, c. comparat., ut πολλῷ πλείους Joh. III, 41. πολλῷ μᾶλλον. Vide μᾶλλον p. 45 ab init. (Xen. Mem. I, 2. 9. Thuc. II, 51.) — — 2) plural. πολλά a) absq. artic. cf. *Matthiae* l. l. — i. e. aa) *saepe*, de actione saepe repetita, ut νηστεύειν = *viele*, oft wiederholte *Fasttage halten* Matth. IX, 14. πταίειν Jac. III, 2. (Lucian. D. D. XIX, 4. Xen. Cyr. I, 5. 14. III, 2. 14.) — bb) *valde, vehementer* Marc. I, 45. III, 12. V, 10. 23. 38. 43. IX, 26. Rom. XVI, 6. 12. 1 Cor. XVI, 12. 19. Apoc. V, 4. (Diod. Sic. XIII, 41. Aelian. V. H. I, 23. Xen. Cyr. VII, 3. 10.) — — b) c. artic. τὰ πολλά, *plerumque, meistentheils* Rom. XV, 22. (Lucian. D. D. XVI, 2. Xen. H. G. VI, 2. 30.) cf. *Matthiae* l. l. *Schäfer* ad Lamb. Bos. p. 427. *Voigtländer* ind. ad Lucian. D. M. sub πολύς. —

Πολύσπλαγχνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex πολύς et σπλάγχνα viscera; ex hebr. misericordia) *admodum misericors* vel *benignus*. Semel in N. T. Jac. V, 11. ubi Codd. etiam πολυεύσπλαγχνος.

Πολυτελής, εος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ex πολύς et τέλος, sumtus; sumtus magnos faciens Jos. Ant. XV, 4. 1.) *preciosus* a) propr. i. e. *qui multos sumtus requirit*, ut νάρδος Marc. XIV, 3. ἱματισμός 1 Tim. II, 9. LXX pro יָקָר Prov. I, 13. (Aelian. V. H. XIII, 4. Herodian. VI, 4. 7. Xen. Mem. I, 6. 5.) — b) trop. pro: *praestans, eximius*, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ [= *iudice Deo*] πολυτελές. 1 Petr. III, 4. (Diod. Sic. XIV, 7. Polyb. II, 23. 1.)

Πολύτιμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex πολύς et τιμή pretium) *valde pretiosus*, i. e. *magnos sumtus requirens*. Bis in N. T. Matth. XIII, 46. Joh. XII, 3. (Herodian. I, 77. 5.)

Πολυτρόπως, adv. (a πολύς et τρόπος q. v.) *vario modo, multis modis*. Extat tantum Hebr. I, 1. (4 Macc. III, 21. πολύτροπος varius Thuc. II, 44.)

Πόμα, τος, τό, (a πίνω bibo; Atticis dici πῶμα, docent *Passow* II. p. 518. *Porson*. ad Eur. Hecub. v. 392. ed. Lips. coll. *Lobeck* ad Phryn. p. 456.) *potus*. Bis in N. T.

1 Cor. X, 4. Hebr. IX, 10. — LXX pro שֶׁקֶר Ps. CII, 10. (Cebet. Tab. c. 6. Diod. Sic. III, 72. Aelian. V. H. III, 13. Xen. Mem. IV, 7. 9.)

Πονηρία, ας, ἡ, (a πονηρός — mala i. e. misera hominis vel rei indoles) 1) *mala animi indoles*, *nequitia*, *malignitas* Matth. XXII, 18. Marc. VII, 22. *πονηρίαι*, *nequitiae* Luc. XI, 39. Rom. I, 29. 1 Cor. V, 8. — Genit. pro Adiect. πονηρός [cf. sub ἁγιωσύνη monita] Eph. VI, 12. τὰ πνευματικὰ [i. e. τὰ πνεύματα v. πνευματικός] τῆς πονηρίας. (Theophrast. Char. XXX [XXVIII], 3. — 2) *improbitas* et plur. *αἱ πονηρίαι* i. q. αἱ ἁμαρτίαι *peccata*, *male facta* Act. III, 26. ἀποστρέφειν — ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. Ita LXX pro הָרַע Jes. I, 16. רַע Jes. VII, 16. רָעָה Jerem. XXIII, 11. (Xen. Mem. III, 5. 18. Cyr. VII, 5. 75.) Saepius non extat in N. T.

Πονηρός, ά, όν, comparat. πονηρότερος [Matth. XII, 45. Luc. XI, 26. — a πόνος quod vid.) 1) *laboribus*, *aerumnis*, *periculis plenus*, ut ἡμέρα, ἡμέραι Eph. V, 16. VI, 13. — ἔργον π. [res calamitosa] *malum*, *miseria* 2 Tim. IV, 18. — (τέλος Herodian. II, 12. 11. Xen. Anab. VII, 4. 11. Hier. VII, 11.) — 2) *malus* i. e. *malae indolis*, a) sensu physico, ut ὀφθαλμός, i. e. *oculus aeger* vel *hebetatus* Matth. VI, 23. Luc. XI, 34. καρπός Matth. VII, 17. 18. ἕλκος Apoc. XVI, 2. — b) sensu morali: *malus*, *improbus*, aa) de personis α) universe Matth. V, 45. XII, 34. 35. 39. 45 bis. XIII, 49. XVI, 4. Luc. VI, 35. 45. XI, 29. Act. XVII, 5. 2 Thess. III, 2. 2 Tim. III, 13. — iunct. c. πνεῦμα = *genius malus* Luc. VII, 21. VIII, 2. XI, 26. Act. XIX, 12. 13. 15. 16. (Plutarch. apophth. Mor. II. p. 17. ed. *Tauchn.* Xen. Cyr. I, 5. 9.) — β) ex opp. τοῦ θεοῦ ἀγαθοῦ Matth. VII, 11. Luc. XI, 13. Cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 291. — — γ) de servo vel *duro* et *immiti* Matth. XVIII, 32. vel *tardo* et *ignavo* Matth. XXV, 26. (Herodian. I, 13. 6. Xen. Cyr. I, 4. 19.) — δ) iunctum c. ἀγαθός ita legitur, ut circumscribantur homines, *quoscunque casus obtulerit* Matth. XXII, 10. cf. *Fritzsche* l. l. p. 656. — ε) c. artic. *ὁ πονηρός* i. e. αα) *malignitate infamis ille*, *malus ille*, *quem nostis*, i. e. *diabolus* Matth. V, 37. VI, 13. XIII, 19. 38. Eph. VI, 16. 2 Thess. III, 3. [Luc. XI, 4.] — Joh. XVII, 15. 1 Joh. II, 13. 14. III, 12. V, 18. 19. Cf. *Lücke* II. p. 448. — ββ) *homo malignus* i. e. vel *adversarius*, *der Gegner* Matth. V, 39. — vel: *scelestus ille*, quem nostis 1 Cor. V, 3. — — bb) de rebus animi pravi indolem prodentibus vel pertinentibus ad hominem malum et improbum. Legitur ita α) singular. αα) universe, ut αἰών *seculum perversum* Gal. I, 4. καύχησις Jac. IV, 16. λόγος, ῥῆμα = *convicium* Matth. V, 11. 3 Joh. v. 10. — ὄνομα = *nomen mali civis* Luc. VI, 22. ῥᾳδιούργημα Act. XVIII, 14. συνει-

δησις = συνείδησις ἁμαρτιῶν Hebr. X, 22 coll. v. 2. — de verbis ὀφθαλμὸς πονηρός Matth. XX, 15. Luc. VII, 22. vid. ὀφθαλμός p. 230. — θησαυρὸς π. τῆς καρδίας Luc. VI, 45. abest τῆς καρδίας Matth. IX, 35. — πονηρόν pro: τὸ πονηρόν, *malum*, *das Böse* 1 Thess. V, 22. (πονηρὰ δεῖπνα Aelian. V. H. II, 11.) — additur genit. epexegeticus, ut καρδία πονηρὰ ἀπιστίας Hebr. III, 12. Cf. *Winer* II. p. 61. *Matthiae* §. 339. p. 647. — ββ) c. artic. τὸ πονηρόν, *id quod malum est et improbum* Rom. XII, 9. — Luc. VI, 45. — β) pluralis πονηρά Matth. IX, 4. XV, 19. Luc. III, 19. Joh. III, 19. VII, 7. Col. I, 21. 1 Tim. VI, 4. Jac. II, 4. 1 Joh. III, 12. 2 Joh. v. 11. — τὰ πονηρά i. e. *vitia modo commemorata* Marc. VII, 23. Saepius non legitur in N. T.

Πονηρότερος, α, ον v. πονηρός.

Πόνος, ου, ὁ, (a πένω, πένομαι laboro) 1) *labor* Col. IV, 13. (Xen. Mem. II, 1. 20. Ages. II, 8.) — 2) *dolor*, Apoc. XVI, 10. 11. XXI, 4. LXX ita pro כְּאֵב Gen. XXXIV, 25. (Sirac. III, 27. Aelian. V. H. V, 6. Polyb. XXX, 4. 16. Xen. Mem. II, 2. 5.) Saepius non extat in N. T.

Ποντικός, ή, όν, *Ponticus*, *Ponto oriundus*, Act. XVIII, 2.

Πόντιος, ίου, ὁ, *Pontius*, praenomen familiae viri, cuius cognomen erat Pilatus et quem constat fuisse procuratorem Judaeae v. πιλάτος Matth. XXVII, 2. Luc. III, 1. Act. IV, 27. 1 Tim. VI, 13.

Πόντος, ου, ὁ, *Pontus*, provincia Asiae minoris ad pontum euxinum sita, ab Augusto in tres partes divisa a Nerone vero redacta in formam provinciae romanae Act. II, 9. 1 Petr. I, 1.

Πόπλιος, ίου, ὁ, *Publius*, nomen propr. viri Act. XXVIII, 7.

Πορεία, ας, ἡ, (profectio, abitio Xen. Anab. VI, 4. 35.) 1) *iter* Luc. XIII, 22. πορείαν ποιούμενος (Tob. X, 1. Diod. Sic. IV, 19. Herodian. III, 4. 1. Polyb. IV, 69. 3. Xen. Mem. III, 13. 5. Thuc. II, 18.) LXX pro מַהֲלָךְ Jon. III, 3. — 2) ex hebr. *opus*, *negotium*, alii: *vita* Jac. I, 11. ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται. Ita דֶּרֶךְ et LXX ὁδός Job. XXVI, 14. et LXX πορεία Prov. II, 7.

Πορεύομαι, f. εύσομαι, pf. p. πεπόρευμαι [1 Petr. IV, 3. de perf. pass. signif. media vid. sub πολιτεύομαι observata] a. 1. p. ἐπορεύθην signif. med. [cf. *Winer* p. 112. *Buttm.* §. 123. *Matthiae* §. 495, b. p. 929 sq.] medium verbi πορεύω (transporto, ich setze über, bringe hinüber Aelian. V. H. VIII, 2. Plat. Phaedon. c. 57. ed. *Fischer*. — a πόρος transitus per vadum; medium:) 1) *me confero*, i. e. *eo*, *abeo*,

proficiscor a) propr. aa) sq. ἀπό c. gen. vel loci vel person. Matth. XXIV, 1. XXV, 41. Luc. IV, 42. Act. V, 41. (Xen. Anab. IV, 4. 17) — bb) sq. διά c. genit. loci Matth. XII, 1. (διὰ τοῦ πεδίου Xen. Cyr. II, 4. 24.) — cc) sq. εἰς c. accus. α) loci Matth. II, 20. XXI, 2. XXVIII, 16. Marc. XVI, 12. 15. Luc. I, 39. II, 41. IV, 42. VII, 11. IX, 51. 53. 56. XVII, 11. XIX, 12. XXII, 39. XXIV, 13. Joh. VII, 35. VIII, 1. Act. I, 11. 25 bis. cf. de h. l. supra sub ἴδιος Vol. I. p. 734 adnotata. — Act. XVI, 7. XIX, 21. XX, 1. 22. XXII, 5. 10. XXV, 20. XXVI, 12. Rom. XV, 24. 25. 1 Tim. I, 3. 2 Tim. IV, 10. Jac. IV, 13. 1 Petr. III, 22. (εἰς Θήβας Xen. H. G. VII, 4. 10.)— β) status, ut εἰς εἰρήνην Luc. VII, 50. VIII, 48. cf. de hac formula εἰρήνη Vol. I. p. 410. — εἰς θάνατον, εἰς φυλακήν Luc. XXII, 33. — dd) sq. ἐν c. dat. status, ut ἐν εἰρήνῃ Act. XVI, 36. — ee) sq. ἐπί α) c. accus. loci Matth. XXII, 9. Act. VIII, 26. IX, 11. XVII, 4. (Xen. Ages. I, 16.)— β) c. accus. pers. Act. XXV, 12. — γ) c. accus., ubi finis indicatur, ut ἐπὶ τὸ ἀπολωλός i. e. *ut quaeram perditum* Luc. XV, 4. Cf. ἐπί Vol. I. p. 591. (ἐπὶ τὴν εἰρήνην Xen. H. G. VII, 4. 10. — Cyr. V, 3. 16.) — ff) sq. ἕως c. genit. loci, ubi poni poterat εἰς Act. XXIII, 23. Cf. ἕως p. 680. — gg) sq. κατά c. accus. *viae = per viam, die Strasse entlang* Act. VIII, 36. vid. κατά p. 799. — hh) sq. πρός c. accus. pers. Matth. X, 6. XXV, 9. XXVI, 14. Luc. XI, 5. XV, 18. XVI, 30. Joh. XIII, 12. 28. XVI, 28. XX, 17. Act. XXVII, 3. XXVIII, 26. — ii) sq. σύν c. dat. pers. Luc. VII, 6. Act. X, 20. XXIII, 32. XXVI, 13. 1 Cor. XVI, 4. — kk) c. ἐκεῖθεν, ἐντεῦθεν Matth. XIX, 15. Luc. XIII, 31. — ll) c. οὗ, per attr. pro ὅποι Luc. XXIV, 28. 1 Cor. XVI, 6. Cf. ὅς, ἥ, ὅ, Vol. II. p. 188. — mm) c. ποῦ Joh. VII, 35. — nn) c. acc. viae [cf. *Matthiae* §. 409, 4. p. 747. Lamb. Bos. de ellips. p. 680. ed. *Schäfer*.] — ita ἐπορεύετο τὴν ὁδὸν αὐτοῦ *iter fecit, in quo erat* i. e. *continuabat iter suum* Act. VIII, 39.— oo) sq. infinit. ad finem vel consilium pertinente Luc. II, 3. XIV, 19. 31. Joh. XIV, 2. Cf. *Winer* p. 134. *Matthiae* §. 532, c. p. 1040. *Buttm.* §. 127, 2. — pp) absolute α) universe Matth. II, 9. VIII, 9 bis. XI, 7. XII, 45. XVII, 27. XVIII, 12. XXI, 6. XXII, 15. XXV, 16. XXVIII, 9. 11. 19. Marc. XVI, 10. Luc. IV, 30. VII, 8 bis. IX, 57. X, 38. XI, 26. XIII, 33. XVII, 19. Joh. IV, 50 bis. VIII, 11. XI, 11. XIV, 3. Act. I, 10. V, 20. VIII, 27. IX, 3. XXI, 5. XXII, 6. 21. 1 Cor. X, 27. XVI, 4. (Herodian. I, 9. 12. Xen. Anab. V, 3. 2.) — β) ex simplicitate antiquitatis, totum rei ambitum emetiri nihilque cogitationum, quod eodem spectet, missum facere solitae, participium πορευόμενος, πορευθείς ibi legitur, ubi videtur omitti potuisse cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 74. diss. II. p. 98. collatis, quae habet de λαβών, ἔχων *Erfurdt* ad Soph. Oed.

R. v. 733. — Matth. II, 8. — IX, 13. πορευθέντες δὲ μάθετε i. e. vel: *vos vero abite et discite* = *vos vero accingamini ad discendum*, vel: *vos vero, misso me, discite* = *nolite negotium mihi facessere et discite* cf. *Fritzsche* l. l. p. 343. — Matth. X, 7. XI, 4. XXVII, 66. XXVIII, 7. Luc. VII, 22. IX, 13. 52. X, 37. XIII, 32. XIV, 10. XV, 15. XVII, 14. XIX, 36. XXII, 8. 1 Petr. III, 19. (cf. Herodot. II, 115. ἐς ὃ ἂν αὐτὸς ἐλθὼν ἐκεῖνος ἀπαγαγέσθαι ἐθέλῃ.)

b) per euphemismum, Graecis et Romanis usitatum pro: *vita discedo, morior* Luc. XXII, 22. — Ita הָלַךְ Gen. XV, 2. ubi οἱ ό· ἀπολύομαι et Ps. XXXIX, 14. ubi iidem ἀπέρχομαι. (Ita οἴχομαι Xen. Cyr. III, 1. 13. Anab. III, 1. 32. Festus: *abitionem* antiqui dicebant mortem. Cicer. ad div. I, 23. *discessus e vita* et de senect. c. 23. *discedo ex vita*.) cf. *Gesen.* hebr. Wörterb. item *Simonis* lex hebr. ed. *Winer* sub הָלַךְ. *Fritzsche* l. l. p. 766.

2) *incedo, ambulo* (Xen. Mem. I, 4. 11. I, 6. 6.) — a) proprie — ut ἔμπροσθέν τινος, *praecedo aliquem* Joh. X, 4. — b) formulae tropicae aa) πορ. ὀπίσω τινός *sequor aliquem* i. e. *applico me alicui* Luc. XXI, 8. — LXX pro: הָלַךְ אַחֲרֵי Judd. II, 12. 1 Regg. XI, 10. — vel: *indulgeo alicui rei* 2 Petr. II, 10. — bb) πορ. ταῖς ὁδαῖς μου [pp. mea via incedo] pro: *agendi rationem sequor, quam ipse mihi scripsi* Act. XIV, 16. τῇ ὁδῷ τινος = *mores alicuius sequor* Jud. v. 11. Cf. ὁδός Vol. II. p. 147. — cc) πορ. ὑπό τινος, *incedo, subiectus imperio alicuius rei* pro: *deditus sum alicui rei* Luc. VIII, 14. — Alii, ut Hebraeorum הָלַךְ [cf. *Gesen.* Lehrg. p. 781, not. 3. *Simonis* lex. hebr. p. 253. ed. *Winer*] ita πορεύομαι ad actionis verbo sequente indicatae continuationem significandam pertinere existimantes, πορευόμενοι συμπνίγονται explicant: *sensim sensimque suffocantur* i. e. *suffocari patiuntur suam τοῦ λόγου cognitionem*. Cf. *Kuinoel* ad Luc. l. l. et verba Virgil. Georg. II. v. 344. si non tanta quies *iret*. — — c) ut hebr. הָלַךְ metaph. pro: *vitam instituo* aa) sq. dat. normae = *obsequor rei* Act. IX, 31. vel: *indulgeo rei* 1 Petr. IV, 3. (1 Macc. VI, 23. 59.) — cf. *Winer* II. p. 71. *Matthiae* §. 399, 2. p. 730. — bb) sq. ἐν c. dat. normae [festhaltend an] Luc. I, 6. — Ita LXX et הָלַךְ sq. בְּ 1 Regg. VIII, 61. (Sirac. V, 2.) — Cf. ἐν Vol. I. p. 526. — cc) sq. κατά c. accus. normae 2 Petr. III, 3. Jud. v. 16. 18. Cf. κατά p. 802.

Πορθέω, ῶ, f. ήσω, (a πέρθω everto) *everto, zerstören* [ut: terram, domum Herodian. I, 10. 6. Dem. 1157, 11. Xen. Mem. III, 5. 4.] additur verbo διώκειν vim huius augens, sq. accus. pers. Act. IX, 21. — τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πίστιν Gal. I, 13. 23.

Πορισμός, οῦ, ὁ, (a πορίζω suppedito Xen. Mem. IV, 3. 7. πορίζομαι comparo mihi Xen. Mem. II, 8. 1.)' *quaestus*, *lucrum*, metonym. pro: *lucri fons*. Bis ita in N. T. 1 Tim. VI, 5. 6. — (Sapient. XIII, 19. XIV, 2.)

Πόρκιος, ου, ὁ, *Porcius*, nomen Festi, post Felicem praesidis Judaeae. Act. XXIV, 27.

Πορνεία, ας, ἡ, (a πορνεύω) 1) *scortatio*, *stuprum* a) propr. Matth. XV, 19. Marc. VII, 21. Act. XV, 20. 29. XXI, 25. Rom. I, 29. 1 Cor. VI, 13. 18. VII, 2. 2 Cor. XII, 21. Gal. V, 19. Eph. V, 3. Col. III, 5. 1 Thess. IV, 3. Apoc. II, 21. IX, 21. (Dem. 403, 26.) — Joh. VIII, 41. ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα i. e. *non spurii sumus*. Sens. *utique genuini Abrahami filii sumus, colimus enim eundem cum Abrahamo patrem, Deum puta.* — b) *adulterii* sens. Matth. V, 32. XIX, 9. — c) *de incestu* 1 Cor. V, 1. — 2) ex hebr. *idolorum cultus*, *idololatria* Apoc. II, 21. XIV, 8. XVII, 2. 4. XVIII, 3. XIX, 2. Ita LXX et hebr. זְנוּנִים Hos. I, 2. II, 2. Solemne enim est V. T. scriptoribus, rationem, quae populum israeliticum inter et Deum esset, adumbrare similitudine, desumta a matrimonio vel a ratione, quae est inter maritum et coniugem. Saepius non legitur in N. T.

Πορνεύω, f. εύσω, (a πόρνη) 1) *scortum sum*, *scortor* 1 Cor. VI, 18. X, 8. μηδὲ πορνεύωμεν. De 1. pers. plur. coniunct. in adhortatt. cf. *Winer* II. p. 91. *Buttm.* §. 126, not. 7. *Matthiae* §. 516. p. 985. — LXX pro זָנָה Num. XXV, 1. (Dem. 414, 1.) — 2) ex hebr. *idololatriae deditus sum*, vel, ut aliis videtur, *consortium habeo cum exteris gentibus* vel *cum gentilibus*. [Ita זָנָה Jes. XXIII, 17. cf. *Gesen.* Commentar. in Jes. ad h. l. ubi LXX εἶναι ἐμπόριόν τινι et Ezech. XVI, 29. ubi LXX pro תַּזְנוּת habent διαθήκη.] Apoc. II, 14. 20. — sq. μετά τινος Apoc. XVII, 2. XVIII, 3. 9. Cf. sub μετά Vol. II. p. 77 observata. — Saepius non legitur in N. T.

Πόρνη, ης, ἡ, (a περνάω vel πέρνημι vendo) 1) *scortum muliebre*, *meretrix* Matth. XXI, 31. 37. Luc. XV, 30. 1 Cor. VI, 15. 16. Hebr. XI, 31. Jac. II, 25. LXX pro זוֹנָה Gen. XXXIV, 31. (Siracid. XIX, 2. Xen. Mem. I, 5. 4.) — 2) ex hebr. *mulier*, *quae idola colit* Apoc. XVII, 1. 5. 15. 16. XIX, 2. cf. quae ad vocab. πορνεία adnotata sunt. — Saepius non reperitur in N. T.

Πόρνος, ου, ὁ, (scortum masculum, cinaedus Xen. Mem. I, 6. 11.) *scortator* 1 Cor. V, 9—11. VI, 9. Eph. V, 5. 1 Tim. I, 10. Hebr. XII, 16. XIII, 4. Apoc. XXI, 8. XXII, 15. (Sirac. XXIII, 16.) — Saepius non legitur in N. T.

Πόῤῥω, adv. [porro, vorwärts] *procul*, comparativ. πορῤωτέρω *ulterius* Matth. XV, 8. Marc. VII, 6 coll. Jes.

XXIX, 13. — Luc. XIV, 32. XXIV, 28. (Xen. H. G. IV, 2. 6. IV, 6. 4.)

Πόῤῥωθεν, adv. 1) *e longinquo* Hebr. XI, 13. — LXX pro מִמֶּרְחָק Jes. X, 3. (Diod. Sic. I, 83. Xen. Mem. I, 3. 13.) — 2) *procul* Luc. XVII, 12. — LXX pro רָחוֹק Jes. XXXIII, 13. (Herodian. II, 6. 20.) Saepius non legitur in N. T.

Πόῤῥωτέρω vid. *πόῤῥω.*

Πορφύρα, ας, ἡ, (purpura, murex, *κήρυξ, πορφύρα θαλάσσια.* Diod. Sic. III, 68. i. e. genus concharum marinarum, quae in mediis faucibus habent candidam venam continentem pretiosum illum liquorem, qui expeditus est vestibus tingendis. Qui color quemadmodum auro aequiparabatur apud veteres, ita apud eosdem nonnisi principes et idola, apud Hebraeos vero sacerdotes tantum vestibus purpureis ornabantur. Aristot. H. Anim. V. 25.) 1) *vestis purpurea* Luc. XVI, 19. Apoc. [XVII, 4.] XVIII, 12. (Polyb. X, 26. 1. Herodian. I, 16. 8.) — 2) *vestis coccinea* Marc. XV, 17. 20. *πορφύραν* coll. Matth. XXVII, 28. 31. ubi eius loco legitur *χλαμὺς κοκκίνη.* Simili modo vestis rubro cocco tincta et vestis purpura permutantur apud Horat. Satyr. II, 6. 102 et 106. LXX pro אַרְגְּוָן 2 Chron. II, 7. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 557.

Πορφύρεος, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, 1) *purpureus* Apoc. XVII, 4. (Polyb. VI, 53. 7. Herodian. VII, 5. 7. Xen. Cyr. VI, 4. 2.) — LXX pro אַרְגָּמָן Num. IV, 13. — 2) *coccineus* Joh. XIX, 2. 5. coll. Matth. XXVII, 28. 31. — Saepius non legitur in N. T.

Πορφυρόπωλις, ιδος, ἡ, (ex *πορφύρα* et *πωλέω* vendo) *venditrix purpurae* vel *vestium purpureo colore tinctarum.* Extat tantum Act. XVI, 14. Fuisse Lydos artis purpurae tingendae peritissimos, testantur Aelian. Hist. An. IV, 46. Maxim. Tyr. 40, 2. Valer. Flacc. 4, 368.)

Ποσάκις, adv. *quoties.* Ter in N. T. Matth. XVIII, 21. XXIII, 37. Luc. XIII, 34. LXX pro כַּמָּה Ps. LXXVIII, 40. (Sirac. XX, 17.) —

Πόσις, εως, ἡ, (a *πίνω*, bibo; potio, das Trinken Lucian. Dial. Deorr. XVIII, 5.) *potus, der Trank.* Ter in N. T. Matth. VI, 55. Rom. XIV, 17. Col. II, 16. — LXX pro מִשְׁתֶּה Dan. I, 10. (Herodian. I, 17. 17. Dem. 615, 2. Xen. Mem. I, 3. 15.)

Πόσος, η, ον, quantus a) de magnitudine, *wie gross.* Dat. *πόσῳ* seq. comparat. *quanto* aa) universe Matth. VI, 23. *τὸ σκότος πόσον;* VII, 11. X, 25. XII, 12. XXVII, 13. Marc. XV, 4. Luc. XI, 13. XII, 24. 28. Rom. XI, 12. 24. 2 Cor. VII, 11. Philem. v. 16. Hebr. IX, 14. X, 29. (Diod. Sic. I, 2. Xen. Mem. II, 5. 4.) — bb) de tempore Marc. IX, 21. *πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ.* (Isocrat. Panathen. p. 424.)—

b) de numero: *quantus* i. e. *quot*, *wie viel* Matth. XV, 34. πόσους ἄρτους ἔχετε. XVI, 9. 10. Marc. VI, 38. VIII, 5. 19. 20. Luc. XV, 17. XVI, 5. 7. Act. XXI, 20. Ita LXX pro כַּמָּה Gen. XLVII, 8. 2 Sam. XIX, 34. (Aeschin. 22, 20. Xen. Mem. I, 2. 35.) — Saepius non extat in N. T.

Ποταμός, οῦ, ὁ, *flumen*, *fluvius* a) propr. Marc. I, 5. ἐν τῷ ἰορδάνῃ ποταμῷ. Act. XVI, 3. 2 Cor. XI, 26. Apoc. VIII, 10. IX, 14. XII, 15. XVI, 4. 12. XXII, 1. 2. LXX pro נָהָר Gen. II, 10. יְאֹר Gen. XLV, 1. (Herodian. VII, 1. 13. Xen. Anab. IV, 1. 2.) — in allegoria Joh. VII, 18. — b) pro: χείμαῤῥος ποταμός Matth. VII, 25. 27. Luc. VI, 48. 49. Apoc. XII, 15. 16. Saepius non legitur in N. T.

Ποταμοφόρητος, ου, ὁ, (a ποταμός et φορέω gesto, fero) *qui a flumine fertur.* Legitur tantum Apoc. XII, 15.

Ποταπός, ή, όν, (de huius voc. etymologia cf. *Passow* II. p. 490 sub ποδαπός et *Buttm.* Lexilog. I. p. 302.) *qualis*, *quantus* i. q. apud Graecos melioris aevi ποῖος v. infra. Dicitur in N. T. modo Graecorum seriorum de indole rei et hominis. Matth. VIII. 27. Marc. XIII, 1. Luc. I, 29. VII, 39. 2 Petr. III, 1. 1 Joh. III, 1. — Graecis melioris notae usitatam fuisse formam ποδαπός et, excepto uno Demosthenis loco in Orat. I. c. Aristog. 782. ubi de indole et moribus dicitur, usurpatum fuisse hoc vocabulum de loco et genere, unde oriundus est aliquis, ubi Lat. *cuias*; serioris vero aetatis scriptores non solum pro: ποῖος dixisse ποδαπός sed mutasse etiam hanc formam in ποταπός per τ cf. Diog. Laërt. VI, 55. Dionys. Hal. Ant. IV, 66. VII, 58. Lucian. de paras. c. 22. docet *Lobeck* ad Phryn. p. 56—59.

Πότε, adverbium interrogandi: *quando?* a) absolute aa) in interrogatione directa Matth. XXV, 37. 38. 39. 44. Luc. XXI, 7. Joh. VI, 25. (Xen. Cyr. V, 3. 27. Mem. IV, 2. 32.) — bb) in interrog. indirecta, sq. indicat. [cf. *Winer* p. 121. *Matthiae* §. 507, 2. p. 963.] Matth. XXIV, 3. Marc. XIII, 4. 33. 35. Luc. XII, 36. XVII, 20. — b) praecedente ἕως: ἕως πότε, *quousque*, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν Matth. XVII, 17 et Marc. IX, 19. Luc. X, 41. — Joh. X, 24. Apoc. VI, 10. Ita LXX pro עַד מָתַי Ps. LXXX, 5. Jes. IV, 14. 21. (1 Macc. VI, 22.)

Ποτέ, partic. enclitica 1) *aliquando*, *olim*, *irgend einmal* a) de re praeterita Joh. IX, 13. Rom. VII, 9. XI, 30. Gal. I, 13. 23. Eph. II, 2. 3. 11. 13. V, 8. — ἤδη ποτέ *tandem aliquando* Phil. IV, 10. ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε i. e. *tandem aliquando reviruistis.* (Dionys. Hal. Ant. IV, 49.) — Col. I, 21. III, 7. 1 Thess. II, 5. Tit. III, 3. Philem. v. 11.

1 Petr. II, 10. III, 5. 19. 2 Petr. I, 21. (Aelian. V. H. I, 18. Herodian. I, 15. 11. Xen. Mem. I, 4. 2) — b) de re futura Luc. XXII, 32. — ἤδη ποτέ *tantem aliquando* Rom. I, 10. — 2) *unquam* a) universe Eph. V, 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν. Hebr. II, 1. μήποτε παραῤῥυῶμεν. IV, 1. 2 Petr. I, 10. Gal. II, 6. Act. XXVIII, 27. (Lucian Dial. Deorr. X, 3. Aelian. V. H. II, 8 et 13. Xen. Mem. I, 4. 19.) — b) in interrogatione, ubi ut Lat. *unquam, tandem* augendi vim habet. 1 Cor. IX, 7. τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; Hebr. I, 5. 13. (Cebet. Tab. c. 2 et 3. Herodian. V, 4. 16. Xen. Mem. I, 1. 1.) — Saepius non extat in N. T. — Cf. *Buttm.* §. 136. p. 439 ed. X^mae^.

Πότερον, (a πότερος uter) *utrum?* seq. ἤ *an?* Semel in N. T. Joh. VII, 17. — LXX pro הֲ Job. VII, 12. (Lucian. Dial. Deorr. XX, 4 et 14. Herodian. V, 4. 16. Xen. Mem. II, 7. 4.) —

Ποτήριον, ίου, τό, (neutr. adiect. ποτήριος, ία, ιον) *poculum, calix*, a) propr. Matth. X, 42. XXIII, 25. 26. XXVI, 27. Marc. VII, 4. 8. IX, 41. XIV, 23. Luc. XI, 39. XXII, 17. 20. 1 Cor. X, 16. XI, 25. Apoc. XVII, 4. — Ita LXX et hebr. כּוֹס Gen. XL, 11. 13. 21. (Athen. XI, 4. Ceb. Tab. c. 5. Artemid. I, 66. Plut. apophth. Mor. II. p. 13. ed. *Tauchn.*) — De πίνειν τὸ ποτήριον 1 Cor. X, 21. XI, 26. 27 coll. v. 28. vid. πίνω. — b) ex metonymia continentis pro contento: *id, quod bibendum porrigitur*, ita de vino, quod bibendum in sacra coena porrigitur Luc. XXII, 20 et 1 Cor. XI, 25. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη. — c) per imaginem Hebraeis usitatam Deus poculum dicitur porrigere alicui, quatenus sortem eius definit, cf. supra sub πίνω adnotata. Matth. XX, 22. 23. Marc. X, 38. 39. — Matth. XXVI, 39. 42. Marc. XIV, 36. Luc. XXII, 42. Joh. XVIII, 11. — Apoc. XIV, 10. XVI, 19. XVIII, 6. — Saepius non legitur in N. T.

Ποτίζω, f. ίσω, (a πότος quod vid.) *poto* i. e. *potum praebeo, ich tränke* a) propr. aa) sq. accus. personae Matth. XXV, 35. 42. XXVII, 48. Marc. XV, 6. ἐπότιζεν αὐτόν. Luc. XIII, 15. Rom. XII, 20. 1 Cor. XII, 13. — Matth. XXV, 37 scil. σε. — LXX pro הִשְׁקָה Gen. XXI, 19. (Cebet. Tab. c. 5. *irrigandi* sens. Xen. Symp. II, 25.) — bb) seq. duplici accusativo Matth. X, 42 et Marc. IX, 41. — Ita LXX et הִשְׁקָה sq. dupl. accus. Gen. XIX, 32. Judd. IV, 19. Job. XXII, 7. (Sirac. XV, 3. et πιπίσκω Pindar. isthm. 6. 18.) Cf. *Winer* p. 89. *Matthiae* §. 421, not. 1. p. 772 sq. sub εὐωχέω et πιπίσκω. *Gesen.* p. 810 sq. *Ewald* p. 588 sq. et gram. min. p. 256. — b) in allegorica dictione aa) seq. duplici accus. 1 Cor. III, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. — bb) absolute 1 Cor. III, 6—8. — cc) sq. accus. personae Apoc. XIV, 8. — Saepius non habetur in N. T.

Ποτίολοι, *ων*, *οἱ*, *Puteoli*, *orum*, nomen urbis Campaniae in Italia, sitae ad mare Tyrrhenum, primum *δικαιάρχεια*, tum *ποτίολοι*, nunc *Puzzuolo* appellatae. Act. XXVIII, 13.

Πότος, *ου*, *ὁ*, (propr. potatio) *compotatio*. Semel in N. T. 1 Petr. IV, 3. — (Judith. VI, 21. 1 Macc. XVI, 15. Aelian. V. H. III, 23. Polyb. V, 15. 2. Xen. Anab. VII, 3. 26.)—

Πού, partic. enclit. 1) *alicubi*, *irgendwo* Hebr. II, 6. IV, 4. — (Diod. Sic. I, 12. Lucian. Dial. Deorr. III, 5. Xen. Mem. III, 5. 15.) — 2) *fere*, *etwa*, *wohl* Rom. IV, 19. *ἑκατονταέτης που ὑπάρχων*. (Aelian. V. H. XIII, 4. Polyb. III, 108, 3. Lucian. Dial. Deorr. XXIII, 3. Xen. Oecon. I, 2.) Cf. *Buttm.* §. 136. *Viger.* p. 446. Saepius non legitur in N. T.

Ποῦ, adverb. interrog. 1) *ubi?* nos: *wo?* [cf. *Matthiae* §. 611. p. 1235. *Buttm.* §. 103.] a) universe aa) in interrogat. directa *α*) sq. indicat. Matth. II, 2. Marc. XIV, 14. Luc. XVII, 17. 37. XXII, 11. Joh. I, 39. 40. VII, 11. VIII, 10. 19. IX, 12. XI, 34. (Lucian. D. D. IV, 7. Xen. de magist. equit. VII, 14.) — *β*) sq. 1 pers. coniunctivi, interposito *θέλεις* [cf. *Matthiae* §. 516, 3. p. 986. *Buttm.* §. 126, not. 7., ut *ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν* Matth. XXVI, 17. Marc. XIV, 12. Luc. XXII, 9.— bb) in interrogat. indir. [Cf. *Winer* p. 121. *Matthiae* §. 507, 2. p. 963. *Herm.* ad Vig. p. 741.] *α*) sq. indicat., ut *ἐπυνθάνετο* — *ποῦ ὁ χριστός γεννᾶται* = *wo der Geburtsort Christi sey*, *ubi Christus nascatur* Matth. II, 4. Vide *Fritzsche* IV Evv. I. p. 65. — Marc. XV, 47. Joh. XI, 57. XX, 2. 13. 15. Apoc. II, 13. — *β*) sq. coniunct. [cf. *Winer* p. 121. *Herm.* ad Vig. l. l. *Matthiae* §. 516, 3. p. 985.] — Matth. VIII, 20. Luc. IX, 58. XII, 17. (sq. optat. Herodian. V, 4. 16.) — — b) in interrogatione negandi vim habente vel indicante, non esse aliquid, sq. indicat. Luc. VIII, 25. Rom. III, 27. 1 Cor. I, 20 ter. XII, 17 — 19. XV, 55 bis. 1 Petr. IV, 18. 2 Petr. III, 4. (Hom. Iliad. V, 171. Lucian. D. D. IV, 4.) — — 2) iunct. c. verbis motum indicantibus per attract. pro: *ποῖ quo* i. e. *quem in locum* a) in interrogat. dir. Joh. VII, 35. XIII, 36. XVI, 5. (Lucian. Dial. Mort. III, 3.) — b) in interrogat. indir., sq. indicat. Joh. III, 8. VIII, 14 bis. XII, 35. XIV, 5. Hebr. XI, 8. 1 Joh. II, 11. — LXX pro אָנָה Gen. XVI, 8. — Saepius non legitur in N. T.

Πούδης, *εντος*, *ὁ*, *Pudens*, nomen propr. viri 2 Tim. IV, 21.

Πούς, [de *πούς*, non *ποῦς* scribendo v. *Lobeck* ad Phryn. p. 453. 765.], *ποδός*, *ὁ*, *pes*, *der Fuss* Matth. IV, 6. VII, 6. X, 14. XVIII, 8. XXII, 13. Marc. VI, 11. IX, 45 bis. Luc. IV, 11. IX, 5. XV, 22. XXIV, 39. 40. Joh. XI, 44. XX, 12. Act. V, 10. VII, 5. XIII, 51. XIV, 13. *ἀδύνατος τοῖς ποσὶν* vid.

ad *ἀδύνατος* adnotata. — v. 10. XVI, 24. XXI, 11. XXVI, 16.— *καθῆσθαι* vel *παρακαθίζειν παρὰ τοὺς πόδας* dicuntur discipuli magistrum audientes Luc. VIII, 35. X, 39. Act. XXII, 3.— Rom. XVI, 20. *συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν* = *συντρίψει τὸν σατανᾶν καὶ θήσει ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν* Sens. *franget potestatem Satanae.* Desumta est haec formula a more Orientalium, victis pedes imponendi cf Jos. X, 24.— 1 Cor. XII, 15. 21. XV, 27. Eph. I, 22. VI, 15. Hebr. II, 8. XII, 13. Apoc. I, 15. 17. II, 18. X, 1. 2. XI, 11. XII, 1. XIII, 2. (Lucian. Dial. Deorr. IX, 2. Xen. Cyr. II, 3. 6. Mem. II, 1. 19.) — Ad civilitatem Orientalium, cuius leges postulabant, ut, qui obvii fierent viris nobilioribus et in dignitate collocatis, accedentes ad eos venerabundi vel genua flecterent vel ad terram prociderent, [cf. *Winer* bibl. Realw. p. 299.] referendi sunt loci: Matth. [XVIII. 29.] XXVIII, 9. Marc. V, 22. VII, 25. Luc. VIII, 41. XVII, 16. Joh. XI, 32. Act. X, 25. Apoc. III, 9. XIX, 10. XXII, 8. — Ex more orientali, quo iis, quos hospitio exciperent Hebraei, antequam ad epulas accederetur, pedes lavare, barbam et capillum inungere et nobiliorum vel manum vel pedes vel vestem osculari solebant [cf. *Winer* bibl. Realw. p. 233. 399. 400. 591.] indicandi sunt loci: Luc. VII, 38. 44—46. Joh. XI, 2. XII, 3. XIII, 5. 6—10. 12. 14.— 1 Tim. V, 10. — Ad morem populorum orientalium pedem victis imponendi et ad normam hebraici הֲדֹם רַגְלַיִם Ps. CX, 1. Jes. LXVI, 1. substantivo *ὑποπόδιον* additur *τῶν ποδῶν* Matth. V, 35. XXII, 44. Marc. XII, 36. Luc. XX, 43. Act. II, 35. VII, 49. 1 Cor. XV, 25. Hebr. I, 13. X, 13. — More, ut poetarum, ita Hebraeorum ad membra corporis ea, quorum est praecipua pars in re, quae agitur, referuntur, quae sunt hominis ipsius cf. sub *καρδία* Vol. I. p. 792 monita Luc. I, 79. Act. V, 9. Rom. III, 15. X, 15. cf. ad h. l. *Gesen.* ad Jes. LII, 7. — Simili modo, qui ad pedes alicuius deponunt atque ita tradunt alicui aliquid vel aliquem, dicuntur *ῥίπτειν, τιθέναι* vel *ἀποτιθέναι τι παρὰ τοὺς πόδας τινός* Matth. XV, 30. Act. IV, 35. 37. V, 2. 7. 58. item *λῦσαι τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν* Act. VII, 33. XIII, 25. — Saepius non legitur in N. T.

Πρᾶγμα, τος, τό, (a *πράσσω*) 1) *factum, res gesta* Luc. I, 1. 2 Cor. VII, 11. Hebr. VI, 18. *διὰ δύο πραγμάτων* sc. *ἐπαγγελίας* et *ὅρκου.* (Xen. Cyr. V, 4. 7.) — 2) *negotium, res gerenda* a) universe Matth. XVIII, 19. Act. V, 4. Rom. XVI, 2. 1 Thess. IV, 6. (Diod. Sic. II, 2. Polyb. I, 52. 4. Lucian. Dial. Deorr. VI, 2. Xen. Mem. III, 7. 1.) — b) de litibus: *πράγματα ἔχειν, litibus distineri, litem habere* 1 Cor. VI, 1. (Xen. Mem. II, 9. 1.) — 3) *res* Hebr. X, 1. *οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων.* XI, 1. Jac. III, 16. Ita LXX pro דָּבָר Levit. V, 2. (Aeschin. Dial.

accus., ut μηδὲν προπετές Act. XIX, 36. τοῦτο XXVI, 26. — τὶ ἐπί τινι, i. e. etwas an i. e. *in Beziehung auf Jemanden* Act. V, 35. Cf. ἐπί p. 582. coll. *Winer* II. p. 176. — τὶ πρός τινα *aliquid contra aliquem* Act. XXVI, 9. — τί τινι i. e. vel *in commodum* vel *in detrimentum alicuius*, ut Act. XVI, 28. μηδὲν — σεαυτῷ κακόν *ne malum tibi inferas*. (Xen. Cyr. V, 4. 11. VIII, 7. 24.) — cf. *Matthiae* §. 415, not. 1. p. 761. *Buttm.* §. 120, 2. 3. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 429 sq. —

2) intrans. *ago* i. e. *fortuna utor*, *me habeo* [propr. res meas ago, ut εὖ πράσσω, bene res meas ago cf. *Passow* II. p. 531.] ita εὖ πράξετε Act. XV, 29. ἵνα — τί πράσσω Eph. VI, 21. (Diod. Sic. XI, 54. Lucian. D. D. XXIV, 3. Xen. Mem. I, 6. 8. Anab. I, 9. 10.) cf. *Buttm.* §. 123, not. 7. —

3) *exigo*, *eintreiben*, *einfordern*, sq. accus., ut τὸ ἀργύριον Luc. XIX, 23. — III, 13. Ita LXX pro נָגַשׂ Dan. XI. 20. (Athen. I, 11. Polyb. XXXVIII, 3. 10. Dem. 617. 24. Xen. Anab. VII, 6. 17. Herodot. I, 106. III, 58.) cf. *Blomfield* glossar. ad Aeschyl. Pers. v. 482. — Saepius non legitur in N. T.

Πραϋπάθεια, ας, ἡ, (a πραΰς et πάσχω) *animi lenitas*, ita semel in codd. 1 Tim. VI, 11. (Philo de Abrah. p. 379.) —

Πραΰς, εῖα, ΰ, έος, οῦς, είας, έος, οῦς, *lenis* i. e. a) *ab ulciscendo alienus* Matth. V, 5. — b) *humanus*, *mansuetus* Matth. XXI, 5. 1 Petr. III, 4. LXX pro עָנִי Ps. XXXVIII, 11. Zach. IX, 9. (Sirac. X, 14. Xen. Sympos. VIII, 3 et Oecon. XV, 9.) Cf. *πρᾶος* in fine.

Πραΰτης, τητος, ἡ, *lenitas* i. q. πραότης, quod vid. Dicitur a) de animo ab ulciscendi cupidine alieno 1 Petr. III, 15. — b) de humanitate et mansuetudine Jacob. I, 21. III, 13. Saepius non extat in N. T.

Πρέπει, verb. impers., *decet*, *convenit*, *par est*, τὸ *πρέπον*, *decorum* a) sq. dat. pers. et nomin. rei vel personae, quae convenit alicui 1 Tim. II, 10. Tit. II. 1. Hebr. VII, 26. (Diod. Sic. I, 24.) — abest nomin. rei Eph. V, 3. (Xen. Anab. I, 9. 6. Cyr. VII, 3. 57.) — b) dativum personae sequitur infinit. rei Matth. III, 15. (Lucian. D. D. XX, 19) — c) sq. dat. pers. et acc. c. inf. Hebr. II, 10. (Xen. Cyr. VIII, 4. 11.) — d) πρέπον ἐστί sq. accus. c. infin. 1 Cor. XI, 13. (Lucian. D. D. XX, 28. Isocr. Evagor. p. 191. C.) De utroque structurae genere cf. *Matthiae* §. 386. 4. et ibi not. 1. p. 707. — LXX pro נָאוָה Ps. XXXIII, 1. — Saepius non legitur in N. T.

Πρεσβεία, ας, ἡ, (a πρεσβεύω, quod vid.; aetas primogeniti Pausan. III, 1. 4. III, 3. 8. i. q. πρεσβυγένεια apud Herodot. VI, 61. — refertur ad negotium senioribus demandari solitum:) *legatio* i. e. *legati*. Bis in N. T. Luc. XIV, 32

et XIX. 14. πρεσβείαν ἀποστέλλειν. (2 Macc. IV, 11. Herodian. VI, 4. 6. Xen. Cyr. II, 4, 1. Thuc. IV, 118.) Exempla huius metonym. alia habet *Lobeck* ad Phryn. p. 469. *Matthiae* §. 429. 1. p. 795. —

Πρεσβεύω, f. εύσω, (a πρέσβυς senex; natu maior sum Herodot. VII, 2. Dionys. Hal. Ant. I, 70.) *legatus sum, legati officio fungor.* Bis in N. T. sq. ὑπέρ τινος 2 Cor. V, 20. Eph. VI, 20. (Aelian. V. H. I, 21. Xen. Cyr. V, 1. 1.)

Πρεσβυτέριον, ίου, τό, *presbyterium, collegium* τῶν πρεσβυτέρων. Ter in N. T. a) de senioribus populi iudaici vel de assessoribus synedrii i. e. de synedrio magno vel de sacerdote summo cum viris pontificiis et legis peritis Luc. XXII, 66. Act. XXII, 5. — b) de senioribus ecclesiae christianae 1 Tim. IV, 13. Vid. infra πρεσβύτερος.

Πρεσβύτερος, τέρα, ερον, (a πρέσβυς) *senior* i. e. a) *natu maior* (a πρέσβυς aetate provectior altero) aa) universe Luc. XV, 25. Act. II, 17. 1 Tim. V, 1. 2. 2 Joh. v. 1. 3 Joh. v. 1. Ita LXX pro זָקֵן Gen. XVIII, 11. 12. (Aelian. V. H. IX, 42. Polyb. IX, 22. 1. Xen. Cyr. I, 2. 2.) — bb) οἱ πρεσβύτεροι, *maiores* i. q. οἱ πατέρες Matth. XV, 2. Marc. VII, 3. 5. Hebr. XI, 2. — b) dignitatis nomen, ita appellantur in N. T. aa) *seniores populi iudaici* vel *assessores synedrii hierosolymitani* Matth. XVI, 21. XXI, 23. XXVI, 3. 47. 57. 59. XXVII, 1. 3. 12. 20. 41. XXVIII, 12. Marc. VIII, 31. XI, 27. XIV, 43. 53. XV, 1. Luc. VII, 3. [alii h. l. de archisynagogis explicant] IX, 22. XX, 1. XXII, 52. Joh. VIII, 9. Act. IV, 5. 8. 23. VI, 12. XXIII, 14. XXIV, 1. XXV, 15. Ita LXX γερουσία pro זְקֵנִים Exod. III, 16. Deut. XIX, 2. XXII, 15. שָׂב Esr. V, 9. — bb) *seniores* vel *presbyteri ecclesiae christianae* Act. XI, 30. XIV, 23. XV, 2. 4. 6. 22. 23. XVI, 4. XX, 17. XXI, 18. 1 Tim. V, 17. 19. Tit. I, 5. Jac. V, 14. 1 Petr. V, 1. 5. Apoc. IV, 4. 10. V, 6. 8. 11. 14. VII, 11. 13. XI, 16. XIV, 3. XIX, 4. — Saepius non legitur in N. T.

2) *dictum, effatum, sermo, Spruch, Ausspruch*, vid. λόγος no. 2. — a) universe Matth. XXVI, 75. Marc. XIV, 72. Luc. I, 38. II, 50. IX, 45. XVIII, 34. XX, 26. vide de h. l. ἐπιλαμβάνομαι p. 602. — Act. XI, 16. XXVIII, 25. Rom. X, 18. — Luc. VII, 1. XXIV, 8. 11. Joh. VIII, 20. X, 21. Act. II, 14. X, 44. XI, 14. XVI, 38. XXVI, 25. 2 Cor. XII, 4. 2 Petr. III, 2. Jud. v. 17. — (Dem. 237, 11. Xen. Cyr. VIII, 4. 15.) — b) de dictis pertinentibus ad homines de religione et rebus div. edocendos = *doctrina* Joh. VI, 63. XIV, 10. Act. X, 37. Rom. X, 8. 1 Petr. I, 25. — Act. XIII, 42. — ῥήματα ζωῆς αἰωνίου i. e. *doctrina vitam et felicitatem aeternam promittens et largiens* Joh. VI, 68. — τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης i. e. *tantam felicitatem promittens* Act. V, 20. cf. *Winer* p. 92. — ῥῆμα τοῦ θεοῦ i. e. *doctrina Deum auctorem habens, doctrina divina* Rom. X, 17. Eph. VI, 17. 1 Petr. I, 25.— Joh. III, 34. VIII, 47. XVII, 8. — χριστοῦ i. e. *doctrina Christum interpretem habens* Joh. V, 47. XII, 47. 48. XV, 7. — c) de dictis spectantibus ad officia incumbentia vel iniungenda alicui = *iussus, mandatum* Luc. V, 5. Act. X, 22. θεοῦ *mandatum Dei* Luc. III, 2. — Matth. IV, 4? Luc. IV, 4? cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 161 sq. — vel *iussus Dei* Hebr.

XI, 3. — *ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ* = *ῥήματι δυνατῷ αὐτοῦ* Hebr. I, 3. — — d) de oraculis divinis aa) universe, sq. *τοῦ θεοῦ* Apoc. XVII, 17. — bb) de oraculis divinis bona certa promittentibus = *promissum*, sq. *θεοῦ* Luc. II, 29. Hebr. VI, 5. — absque *θεοῦ* Eph. V, 26. *τὸ λοῦτρον τοῦ ὕδατος ἐν* [= coniunctum cum, comitem habens] *ῥήματι*. Cf. *ἐν* p. 529. —

3) metonym. ***res**, de qua dicitur* vel *sermo fit*, *Gegenstand der Rede* i. e. a) *res verbis* ante *exposita*, *res, de qua* nunc *sermo fuit* Luc. II, 15. quo loco verbis *τὸ ῥῆμα τοῦτο* explicationis ergo additur *τὸ γεγονὸς, ὃ — κύριος*. v. 17. — *πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα* Luc. I, 65. II, 19. 51. — Ita LXX et דָּבָר Gen. XV, 1. XXII, 1. — b) *res, de qua disceptatur, causa*, *Rechtssache*, *Streitsache* Matth. XVIII, 16. 2 Cor. XIII, 1. — Ita LXX et דָּבָר Exod. XVIII, 22. Deut. XIX, 15. — c) *res promissa* Luc. I, 37. coll. LXX Gen. XVIII, 14. Alii ad num. 4. referunt h. l.

4) ad normam hebr. דָּבָר *aliquid, res*, *πᾶν ῥῆμα*, *res quaecunque* Matth. IV, 4. Luc. IV, 4. — Ita LXX *πᾶν ῥῆμα* pro כֹּל Deut. VIII, 3. — Luc. I, 37. — Cf. quae habet de usu fere simili vocis *ἔπος* *Passow* I. p. 582. — Saepius non legitur in N. T.

Ῥησά, ὁ, *Rhesa*, nom. propr. viri Luc. III, 27.

Ῥήσσω, v. *ῥήγνυμι*.

Ῥήτωρ, *ορος*, ὁ, *rhetor*, *orator*, *patronus causarum*. Semel in N. T. Act. XXIV, 1. (Diod. Sic. XVI, 85. Plutarch. apophth. Mor. II. p. 27. Polyb. XXVI, 16. 6. Xen. Mem. IV, 6. 15. Thuc. VIII, 1.) —

Ῥητῶς, adv. *diserte*, *disertis verbis*. Extat tantum 1 Tim. IV, 1. *ῥητῶς λέγει*. (Diog. Laërt. VII, 88. VIII, 81. Polyb. II, 23. 5.)

Ῥίζα, *ης*, ἡ, 1) *radix* a) propr. Matth. III, 10 et Luc. III, 9. *ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν — κεῖται*. Matth. XIII, 6. Marc. IV, 6. — Marc. XI, 20. *ἐκ ῥιζῶν* *von der Wurzel aus*, *radicitus*. (Aelian. V. H. II, 14. Xen. Oecon. XVII, 12.) — b) trop. *ἔχω ῥίζαν* vel *ἔχω ῥίζαν ἐν ἐμαυτῷ* sc. *τοῦ λόγου* i. e. *radices agere patior in animo meo* sc. *doctrinam* Matth. XIII, 21. Marc. IV, 17. Luc. VIII, 13. — c) metaph. pro: *causa, origo, fons* 1 Tim. VI, 10. *ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία*. (Siracid. I, 25. Sapient. XV, 3. — *πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας* Plut. de pueror. educ. c. 7. Mor. I. p. 8. ed. *Tauchn.*) — 2) metonym. *id, quod provenit e radice* a) *planta* aa) universe Hebr. XII, 15. — Ita LXX et hebr. שֹׁרֶשׁ Deut. XXIX, 18. — bb) synecdoch. *radix cum trunco* Rom. XI, 16—18 bis.

ubi, ad quos proxime pertinebat felicitas per Christum parata, trunco comparantur, aliorum vero populorum cives ad eandem a Deo felicitatem invitati ramis conferuntur trunco insitis. — b) metaph. *proles, unus ex posteris alicuius* Rom. XV, 12. ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Apoc. V, 5. XXII, 16. Ita LXX et hebr. שֹׁרֶשׁ Jes. XI, 10. LIII, 2. (Siracid. XL, 15. XLVII, 22. 1 Macc. I, 11.)

Ῥιζόω, ῶ, f. ώσω, (a ῥίζα radix) *radices ago, radicibus munio*, ἐῤῥιζωμένος, *radicibus munitus* [propr. Hom. Odyss. XIII, 163.] metaph. *firmus, constans, fest wie eingewurzelt.* Bis in N. T. a) sq. ἐν c. dat. rei Eph. III, 18. Col. II, 7. (Plut. de puer. educ. c. 9. Mor. I. p. 13. ed. *Tauchn.*) —

Ῥιπή, ῆς, ἡ, (a ῥίπτω iacio, moveo) *iactus, ictus*, ὀφθαλμοῦ *ictus oculi, ein Augenblick.* Semel in N. T. 1 Cor. XV, 52. (de motu vel impetu Hom. Iliad. VIII, 355. Apollon. Argon. II, 1116. IV, 851.) —

Ῥιπίζω, f. ίσω, (a ῥιπίς flabellum; flabello excito ignem Aristoph. Acharn. 888.) *agito, iacto* Jac. I, 6.

Ῥίπτω, f. ψω, 1) *iacio* a) de proiicientibus aa) τινὰ εἴς τι Luc. IV, 35. XVII, 2. — LXX ὑποκάτω τινός pro הִשְׁלִיךְ Gen. XXI, 15. (τινὰ εἴς τι Cebet. tab. c. 10. Diod. Sic. II, 4. Aelian. V. H. II, 7. Dem. 883, 27. Xen. Anab. III, 3. 1.) — bb) τί Act. XXVII, 19. — addito ἔκ τινος Act. XXVII, 29. (Dem. 798, 25.) — additur ἐν c. dat. loci [cf. ἐν p. 537 sq.] Matth. XXVII, 5. — b) ῥίπτειν ἱμάτια i. e. *pallia iactare*, alii: *pallia abiicere* Act. XXII, 23. — Fuisse apud veteres vestium iactationem signum approbationis, vel delectationis, docent loci Lucian. de Saltat. §. 83. Aristaenet. I, 26. Ovid. Amorr. III, 2. 74. — c) *deponendi* sens. *hinlegen*, sq. τινὰ παρὰ τοὺς πόδας τινός Matth. XV, 30. (Dem. 413, 11.) — 2) *disiicio* i. e. *dissipo* Matth. IX, 36. ἐῤῥιμένοι [alii: *abiecti, neglecti.* Cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 355. Vide Lucian. Necyom. §. 17. Lucian. Amor. §. 33.] ὡςεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. (Diod. Sic. XIII, 9.) Saepius non extat in N. T.

Ῥοβοάμ, ὁ, *Roboam, Rehabeam*, hebr. רְחַבְעָם nom. propr. filii Salomonis, et regis Judae, qui regnum auspicatus pertinacia sua effecit, ut tribuum XII israeliticarum decem Jerobeamum regem sibi sumerent, quo facto omnis Hebraeorum natio dividebatur in regnum Israelis vel Jerobeami et in regnum Judae vel Roboami. Matth. I, 7.

Ῥόδη, ῆς, ἡ, *Rhode*, nomen propr. ancillae cuiusdam Act. XII, 13.

Ῥόδος, ου, ἡ, *Rhodus*, Cycladum maris mediterranei celeberrima, cuius metropolis, Rhodi nomine insignis, portu erat instructa, ad cuius introitum exstructus erat Colossus rhodius Act. XXI, 2.

Ῥοιζηδόν, adv. (a ῥοῖζος, strepitus) i. q. *μετὰ ῥοίζου* i. e. *cum stridore* vel *fragore*. Extat tantum 2 Petr. III, 10. (Lycophron. 66. Hero ap. Musaeum 339.)

Ῥομφαία, *ας*, *ἡ*, *gladius*, [propr. genus gladii oblongi in humero dextro gestari soliti Plutarch. Vit. Aemil. c. 18.] Luc. II, 35. *σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία*, per imaginem pro: *sors tibi imminet longe tristissima.* — Apoc. I, 6. II, 12. 16. VI, 8. XIX, 15. 21. LXX pro חֶרֶב Gen. III, 24. Exod. V, 21. Saepius non legitur in N. T.

Ῥουβήν, *ὁ*, *Ruben*, hebr. רְאוּבֵן nom. propr. filii primogeniti Jacobi ex Lea. Apoc. VII, 5.

Ῥούθ, *ἡ*, *Ruth*, hebr. רוּת nom. propr. mulieris moabiticae, quae post mariti, Mahalonis, Bethlehemitae, obitum nupsit Boaso Matth. I, 5.

Ῥοῦφος, *ου*, *ὁ* *Rufus*, nom. propr. viri Marc. XV, 21. Rom. XVI, 13.

Ῥύμη, *ης*, *ἡ*, (i. q. ὁρμή, φορά, impetus Thuc. VII, 70. Xen. Cyr. VII, 1. 31. Dionys. Hal. Ant. V, 15.) *platea*. Quater in N. T. Matth. VI, 2. *ἐν ταῖς ῥύμαις*. Luc. XIV, 21. Act. IX, 11. XII, 10. (Tob. XIII, 17. Polyb. VI, 29. 1.) E temporibus novae comoediae ita dictam esse ῥύμην, docuit *Sturz* de dial. alex. p. 29 et *Lobeck* ad Phryn. p. 404. 405.

Ῥύομαι, f. ῥύσομαι, verb. depon. *eripio*, *libero*, *ich errette*, a. 1. p. ἐῤῥύσθην [cf. *Buttm.* §. 89, not. 1. gram. max. Vol. I. §. 100, not. 3. p. 448. *Matthiae* §. 191, 1. p. 336.] signif. passiva: *ereptus sum*, *liberatus sum* [vid. sub θεάομαι adnotata; serioris aetatis esse hunc aor. 1. p. docet *Passow* II. p. 648.] Legitur in N. T. a) sq. accus. person. Matth. XXVII, 43. 2 Petr. II, 7. (Aelian. V. H. IV, 5. Herodian. I, 4. 10. Hom. Iliad. XV, 290. XX, 194.) — b) absol. *ὁ ῥυόμενος*, *liberator*, *vindex* Rom. XI, 26. — Ita LXX pro גֹּאֵל Jes. LIX, 20. — c) sq. *τινὰ ἀπό τινος* Matth. VI, 8. [Luc. XI, 4.] Rom. XV, 31. 1 Thess. I, 10. 2 Thess. III, 10. 1 Tim. IV, 8. — Ita LXX pro נִצֵּר sq. מִן Ps. CXL, 1. Cf. *Winer* p. 80. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 372. *Matthiae* §. 353, not. p. 665. — d) sq. *τινὰ ἐκ τινος* Luc. I, 74. Rom. VII, 24. 2 Cor. I, 10. Gal. I, 13. 2 Tim. III. 11. IV, 17. 2 Petr. II, 9. — LXX ita pro הִצִּיל sq. מִן Exod. VI, 6. (Diod. Sic. XII, 53. XIX, 60. Joseph. de vit. sua §. 15. Herodot. V, 49. — c. genit. simpl. Aelian. V. H. II, 4. XIII, 12.) cf. *Winer* l. l. *Matthiae* l. l. *Fischer* l. l. p. 361. 372 sq. — De huius verbi etymol. cf. *Buttm.* §. 100. gram. max. Vol. II. §. 114. p. 134 sub ἐρύω. *Idem* Lexilog. I. p. 62. 66. coll. *Passow* II. p. 648. — Saepius non legitur in N. T.

Ῥυπαρεύομαι, f. εύσομαι, (a ῥυπαρός sordidus) *sordidus sum*, *sordesco*. Legitur tantum Apoc. XXII, 11.

Ῥυπαρία, ας, ἡ, (a ῥυπαρός) *sordes* [propr. Plutarch. praecept. coniugal. c. 28. Mor. I. p. 330. ed. *Tauchn.*] metaph. *sordes animi, vitium.* Extat tantum Jacob I, 21. ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν.

Ῥυπαρός, ά, όν, (a ῥύπος sordes) *sordidus*, a) propr. Jac. II, 2. πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι. LXX ita pro צֹאָה Zach. III, 3. 4. (Joseph. Arch. VII, 11. Artemid. II, 3. Cebet. Tab. c. 10. Plut. de sera numin. vindict. c. 22. Mor. IV. p. 40. ed. *Tauchn.*) — b) metaph. = *turpis, vitio contaminatus* Apoc. XXII, 11. — Saepius non habetur in N. T.

Ῥύπος, ου, ὁ, *sordes, squalor.* Semel in N. T. 1 Petr. III, 21. — (Polyb. XXXII, 7. 8.)

Ῥυπόω, ῶ, i. q. ῥυπαρεύομαι. Apoc. XXII, 11. e lect. vulg.

Ῥύσις, εως, ἡ, = ῥεῦσις (a ῥέω fluo) *fluxus, profluvium.* Ter in N. T. τοῦ αἵματος Marc. V, 25. Luc. VIII, 43. 44. LXX pro זוֹב Levit. XV, 2. 3.

Ῥυτίς, ίδος, ἡ, (a ῥύω contraho) *ruga.* Semel in N. T. Eph. V, 27. quo loco ἡ ἐκκλησία, quatenus macula et vitio caret, comparatur sponsae rugas non habenti = formosae. (propr. Diod. Sic. IV, 51.)

Ῥωμαϊκός, ή, όν, (a ῥώμη roma) *romanus* Luc. XXIII, 38. (Polyb. III, 107, 12. Herodian. IV, 7. 4.)

Ῥωμαῖος, ου, ὁ, *Romanus, civis romanus* Joh. XI, 48. Act. II, 10. XVI, 21. al. Plut. apophth. Pyrrhi Mor. II. p. 34. ed. *Tauchn.*)

Ῥωμαϊστί, adv. *romane, latine.* Semel in N. T. Joh. XIX, 10. — De adverbiis exeuntibus in ιστί v. sub ἑβραϊστί monita.

Ῥώμη, ης, ἡ, *Roma*, celeberrima imperii romani metropolis Act. XVIII, 2. XIX, 21. Rom. I, 7. 15. 2 Tim. I, 17. cet. (Herodian. IV, 7. 4. Artemid. IV, 22. Diod. Sic. IV, 21.)

Ῥώννυμι, f. ῥώσω, *roboro*, perf. pass. ἔῤῥωμαι *valeo*, hinc formula in fine epistolarum apud Graecos solemnis ἔῤῥωσο et plur. ἔῤῥωσθε. Ita bis in N. T. Act. XV, 29. XXIII, 30. (Artemid. III, 44. Xen. Cyr. IV, 5. 33.)

Σ.

Σαβαχθανί, *deseruisti me.* Vox chaldaica שְׁבַקְתַּנִי a verbo שְׁבַק obvio Dan. IV, 12. 20. 23. — Bis in N. T. Matth. XXVII, 46 et Marc. XV, 34 coll. Ps. XXII, 1.

Σαβαώθ, vel σαββαώθ, vox hebr. צְבָאוֹת, *exercitus*, κύριος σαβαώθ i. q. יְהוָֹה צְבָאוֹת vel אֱלֹהֵי צְבָאוֹת dominus vel deus exercituum i. e. vel angelorum throno Jovae adstantium 2 Chron. XVIII, 18. vel astrorum Jerem.

XXXIII, 22. Notio universa latens sub his vocabulis est: *Deus summus*. Bis in N. T. Rom. IX, 29. Jac. V, 4.

Σαββατισμός, οῦ, ὁ, (a *σαββατίζω* i. q. שָׁבַת cessavit a labore, cessando a labore Sabbatum egit Levit. XXIII, 32 et ibi LXX.) *cessatio a labore*, *feriatio* i. q. *κατάπαυσις*. Semel in N. T. Hebr. IV, 9. — (Plutarch. de superstit. c. 3. Mor. I. p. 386. ed. *Tauchn.*)

Σάββατον, ου, τό, item plur. significatione singularis *τὰ σάββατα* vel a *σάββατ*, τος, τό cf. *Passow* II. p. 653. vel a forma chaldaica שַׁבְּתָא v. *Winer* p. 73 et II, 23. — de dativo plur. *τοῖς σάββασι*, quem habet etiam Meleag. 83, 4. in Anth. gr. Vol. I. p. 25. ed. *Jacobs*. *Buttm.* §. 51. gram. max. Vol. I. §. 56, not. 14. p. 222. *Matthiae* §. 92, 3. p. 199. *Fischer* ad Well. Vol. II. p. 189. *Passow* l. l. *Winer* II. p. 23.—(propr. cessatio a labore; quies, hebr. שַׁבָּת) 1) *sabbatum Judaeorum* i. e. *septimus quisque hebdomadis dies*; celebrabatur hic dies antiquitus atque ex lege Mosis cessatione a labore, sacrificio offerendo, *τῇ προθέσει τῶν ἄρτων* vel panibus sacris proponendis, post exilium etiam conventibus sacris in synagoga habitis, item praelegendis et explicandis nunc Mosis [Paraschen], nunc prophetarum [Haphtharen], nunc aliis V. T. libris [Megilloth]. Cf. Nehem. VIII, 6. Exod. XX, 8—11. XXXI, 12—17. XXXIV, 21. Levit. XXIV, 8. Num. XXVIII, 9. Deut. V, 12 — 14. Jer. XVII, 27. — Legitur ita in N. T. a) singulari numero aa) universe Matth. XII, 8. Marc. II, 27 bis. v. 28. VI, 2. XVI, 1. Luc. VI, 5. XIII, 14. 16. XIV, 5. Joh. V, 18. IX, 16. XIX, 31. — Luc. XXIII, 54. Joh. V, 9. 10. IX, 14. *σαββάτου ὁδός* Act. I, 12. Vide *ὁδός* et Exod. XVI, 29. ex quo loco male intellecto mala Judaeorum superstitio collegit, non nisi iter mille passuum facere licere sibi sabbato. (Jos. de vit. sua §. 32. de bell. iud. II, 17. 10.) — — bb) dat. *σαββάτῳ*, item *τῷ σαββάτῳ* *die sabbati* Matth. XXIV, 20. Luc. XIV, 1. — Luc. XIII, 14. 15. XIV, 3. Act. XIII, 44. — cf. *Matthiae* §. 406. p. 742. — cc) *ἐν σαββάτῳ* item *ἐν τῷ σαββάτῳ*, *die Sabbati* cf. *Matthiae* l. l. Matth. XII, 2. Luc. VI, 1. 6. Joh. V, 16. VII, 22. 23. Luc. VI, 7. Joh. XIX, 31. — dd) accus. *τὸ σάββατον*, *per sabbatum*, *den Sabbat über* Luc. XXIII, 56. cf. *Matthiae* §. 425, 2. a. b. p. 785.— *εἰς τὸ μεταξὺ σ.* Act. XIII, 42. Vide *εἰς* p. 426 sq. — — *κατὰ πᾶν σ.* *singulis sabbatis* Act. XIII, 27. XV, 21. XVIII, 4. — Ita LXX et שַׁבָּת 2 Regg. XVI, 29. — — b) pluralis legitur aa) significatione pluralis, ut *ἐπὶ σάββατα τρία* Act. XVII, 2. *ἐν μέρει — σαββάτων* Col. II, 16. Cf. de h. l. *μέρος*. — bb) signific. singularis α) universe Luc. IV, 16. Act. XIII, 14. XVI, 13. — Ita LXX et שַׁבָּתוֹת Exod. XXXI, 14. pro שַׁבָּת XIX, 70. Levit. XXIII, 32. (Jos. Ant. I, 1. 1. Jac. Anth. gr. l. l.) — β) *ὀψὲ — σαββάτων* Matth. XXVIII, 1.

Vide ὀψέ. — γ) dat. τοῖς σάββασι, *die sabbati* Matth. XII, 1. 5. 10. 11. 12. Marc. I 21. III, 2. 4. Luc. VI, 9. (Jos. de vit. sua §. 54. de bell. iud. I, 7. 3.) — δ) ἐν τοῖς σάββασι, *die sabbati* Marc. II, 23. 24. Luc. IV, 31. VI, 2. XIII, 10. (Jos. Ant. XIII, 8. 4.) —

2) *septimana*, *hebdomas*, *die Woche* a) singul. numero aa) universe πρώτῃ σαββάτου Marc. XVI, 9. — bb) τοῦ σαββάτου i. e. *intra septimanae spatium* Luc. XVIII, 12. cf. *Matthiae* §. 377, b. p. 692. — b) plural., ut εἰς μίαν [ex hebr. = εἰς πρώτην ἡμέραν, vid. εἰς p. 440.] σαββάτων Matth. XXVIII, 1. — τῆς μιᾶς σαββάτων i. e. *primo die hebdomadis* Marc. XVI, 2. Cf. *Matthiae* §. 377, a. b. p. 692.— τῇ μιᾷ τῶν σ. Luc. XXIV, 1. Joh. XX, 1. 19. Act. XX, 7. — κατὰ μίαν σαββάτων i. e. *singulis primis hebdomadis diebus* 1 Cor. XVI, 2. (σάββατα Anth. gr. Vol. I. p. 25. ed. *Jacobs.*) Saepius non extat in N. T.

Σαγήνη, ης, ἡ, *verriculum*, genus retis piscatorii maioris, profunde sub aquas pertingentis et ipsum fundum quasi verrentis. Legitur tantum Matth. XIII, 47. — LXX pro: חֵרֶם Ezech. XXVI, 5. 14. Aesop. fab. 13. Artemid. II, 14. Aelian. H. A. XI, 2.)

Σαδδουκαῖος, ου, ὁ, *Sadducaeus*, *Sadducaeorum sectae addictus.* Insigniebatur enim Jesu aetate hoc nomine pars Judaeorum, dissentiens quidem a Pharisaeis, conspirans tamen cum iisdem, ubi de Jesu opprimendo et mortis supplicio afficiendo ageretur. Nomen, ut videtur, traxerunt ab hebr. צַדִּיק, non, ut aliis placuit, a Sadoco quodam, quem Talmudistae seculo tertio ante Jesum vixisse tradiderunt. Missis ταῖς παραδόσεσι et legibus non scriptis libros tantum V. T. fontem esse religionis iudaicae statuerunt et quemadmodum repudiabant Pharisaeorum daemonologiam atque angelos esse negabant, ita neque corporis post mortem resurrectionem neque doctrinam de praemiis et poena in vita altera expectandis admittebant Jos. Arch. VIII, 1. de bell. iud. XII, 8. Cum porro Pharisaei a fato vel a providentia hominum facta pendere affirmarent, Sadducaei ab arbitrio potius humano repetenda ea esse statuerunt Joseph. Arch. XIII, 5. et de bell. iud. II, 8. Denique idem Josephus Judaeorum nobilioribus et principibus potissimum placuisse Sadducaeorum decreta tradit atque moribus severioribus usos eos esse auctor est. cf. Joseph. Arch XVIII, 1. et de bell. iud. II, 8. — Matth. III, 7. XVI, 1. 6. 11. 12. XXII, 23. 34. Marc. XII, 18. Luc. XX, 27. Act. IV, 1. V, 17. XXIII, 6—8. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 588.

Σαδώκ, ὁ, *Sadok*, nom. propr. viri hebr. צָדוֹק Matth. I, 14.

Σαίνομαι, (a σαίνω moveo, de canibus, leonibus et aliis animalibus, quae cauda mota blandiuntur Aelian. V. H.

XIII, 42. Hom. Odyss. XVI, 6. Lucian. Dial. Deorr. XII, 3.) *moveor*, metaph. *perturbor*. Semel in N. T. 1 Thess. III, 3. cf. de huius loci verbis: τῷ μηδένα σαίνεσθαι supra sub ὁ, ἡ, τό p. 143 extr. adnotata.

Σάκκος, ου, ὁ, *saccus* i. e. genus tunicae sordidae, atrae, e filis crassis textae et sacci instar in corpore haerentis hebr. שַׂק Joseph. de bell. iud. I, 17. ἐσθὴς ἐκ τριχῶν πεποιημένη. Lat. *cilicium*. Quater in N. T. Matth. XI, 21. Luc. X, 13. Apoc. VI, 12. XI, 3. Ita LXX pro שַׂק 1 Regg. XXI, 27. Jes. XX, 2. XXXVII, 1. Uti apud Hebraeos eiusmodi veste utebantur prophetae, vitam severiorem agentes, ita eadem incedebant etiam apud eosdem lugentes cf. locos V. T. modo laudatos et Joseph. Arch. V, 1. 2. VII, 7. 4. VIII, 14. 4. et de bell. iud. II, 12. 5. et *Winer* bibl. Realw. p. 587. 588. — Denique nunc ubique σάκκος, σάκκιον, σακκίζειν legi atque adeo illis ipsis locis, quos Grammatici ad probandam scripturam σάκος, σάκιον, σακίζειν proferunt, auctor est *Lobeck* ad Phryn. p. 257.

Σαλά, ὁ, *Sala*, hebr. שֶׁלַח nom. propr. viri hebr. Luc. III, 35.

Σαλαθιήλ, ὁ, *Salathiel*, hebr. שְׁאַלְתִּיאֵל nom. proprium viri hebr. Luc. III, 27.

Σαλαμίς, ῖνος, ἡ, *Salamis*, urbs primaria insulae Cypri, post *Constantia* appellata. Act. XIII, 5. (Strabo XIV, 6. Herodot. IV, 62.)

Σαλείμ, ἡ, *Salim*, nom. propr. urbis Joh. III, 23. memoratae.

Σαλεύω, f. εύσω, (a σάλος quod vid.) 1) *commoveo, concutio, ich setze in eine schwankende Bewegung*, ut fieri solet in mari, in terrae motu, in tonitru, in rebus vento agitatis a) proprie, sq. accus. rei Matth. XI, 7. XXIV, 29. Marc. XIII, 25. Luc. VI, 48. VII, 24. XXI, 26. Act. IV, 31. XVI, 26. Hebr. XII, 26. — μέτρον σεσαλευμένον i. e. *mensura, quae concutiendo repleta est* Luc. VI, 38. — LXX pro נוּעַ Ps. XVIII, 7 vel 8. (Diod. Sic. XII, 47. XIII, 100. Jos. ant. VIII, 5. 2.) — b) trop. Hebr. XII, 27. quo loco oeconomia mosaica, *mutationi obnoxia*, comparatur τοῖς σαλευομένοις i. e. rebus concussioni obnoxiis, i. e. *dem Wandelbaren, keinen festen Stand Habenden*, religio contra christiana τοῖς μὴ σαλευομένοις i. e. rebus, quae loco suo *non* moventur = *dem Unwandelbaren*. „Cognomine τῶν σαλευομένων appellatur Judaismus a commoto concussoque monte Sinai, ut cogites, religionem, in concusso monte primum promulgatam, ipsam, si licet dicere, concussibilem i. e. commutabilem seu non semper stabilem“ *Böhme* epist. ad Hebr. p. 728. — c) metaph. aa) ὄχλον vel τοὺς ὄχλους σ. i. e. *concito populum* vel

populi multitudinem, die Volksmenge in unruhige Bewegung setzen, aufregen, aufreitzen Act. XVII, 13. (Herodian. II, 8. 6. Soph. Oed. R. v. 22. 23) — bb) τινά i. e. *perturbo aliquem* i. e. *animum alicuius perturbo* Act. II, 20. (1 Macc. VI, 8.)— addito ἀπὸ τοῦ νοός, explica: σαλεύω τινὰ καὶ μετακινῶ [cf. Col. I, 23. similiter κινεῖσθαι et σαλεύεσθαι leguntur Plut. adv. Colot. c. 16. Mor. VI. p. 242. ed. *Tauchn.*] ἀπὸ τοῦ νοός *perturbo et a mentis statu deiicio* 2 Thess. II, 2. Cf. *Winer* p. 104. II. p. 81. — Saepius non extat in N. T.

Σαλήμ, ἡ, *Salem*, hebr. שָׁלֵם nom. propr. urbis, et ut videtur, eiusdem, quae postea Hierosolyma appellabatur Hebr. VII, 1. 2. (Joseph. Arch. I, 10. 2.)

Σαλμών, ὁ, *Salmon*, hebr. שַׂלְמוֹן, nom. propr. viri hebr. Matth. I, 4. 5. Luc. III, 32.

Σαλμώνη, ης, ἡ, *Salmone*; erat promontorium insulae Cretae orientale et ex parte boreale etiam, Cnido obversum Act. XXVII, 7. (Strabo X. p. 727. B.)

Σάλος, ου, ὁ, *iactatio, agitatio, maxime maris, die stete unruhige Bewegung des Meeres.* Semel in N. T. Luc. XXI. 25. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου· LXX pro זַעַף Jon. I, 15. (Diod. Sic. XX, 74. Lucian. Hermotim. 28.)

Σάλπιγξ, ιγγος, ἡ, *tuba* 1 Cor. XIV, 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ. Apoc. I, 10. IV, 1. VIII, 2. 6. 13. IX, 14.— Uti regis adventus buccinarum strepitu a ministris annuntiatur, ita Dei praesentiam Hebr. XII, 19. item adventum Messiae gloriosum angeli dicuntur annuntiaturi Matth. XXIV, 31. 1 Cor. XV, 52. — 1 Thess. IV, 16. ἐν σαλπίγγι θεοῦ i. e. *tuba, quae canitur iussu Dei* vel *quae annuntiat Deum advenientem* cf. *Winer* p. 99 coll. p. 77. II. p. 60. *Matthiae* §. 367. p. 681. *Gesen.* p. 676, 6. *Ewald* p. 572 sq. gram. min. p. 242. — Ceterum conferatur cum loco paulino 1 Thess. IV, 16. locus 4 Esr. VI, 24. 25. exhibitus a *Bertholdtio* in Christologia Judaeorum p. 178. — LXX pro חֲצֹצְרָה 2 Regg. XII, 14. שׁוֹפָר 1 Sam. XIII, 3. יֹבֵל Jos. VI, 5. (Polyb. XV, 12. 2. Artemid. I, 56. Aelian. V. H. II, 44. Xen. Anab. IV, 2. 1.).

Σαλπίζω, f. ίσω, a. 1. act. ἐσάλπισα [de qua futuri et aor. forma serioris graecitatis pro forma antiquiore σαλπίγξω, ἐσάλπιγξα cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 191. *Buttm.* §. 83, 7, not. 1. gram. max. Vol. I. §. 92, not. 8. p. 383. *Matthiae* §. 177. p. 319. *Winer* p. 47.] *tuba cano* a) universe Matth. VI, 2. μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου· Apoc. VIII, 6—9. 10. 12. 13. IX, 1. 13. X, 7. XI, 15.— b) de angelis tuba canentibus in adventu Messiae 1 Cor. XV, 52. (σαλπίσω et ἐσάλπισα habent Aelian. V. H. I, 26. Joseph. Arch. VII, 11. Me-

chan. vett. p. 201. LXX Jes. XLIV, 23. 2 Chron. XIII, 14. — contra: σαλπίγξω, ἐσάλπιγξα Xen. Anab. I, 2. 17.) Saepius non extat in N. T.

Σαλπιστής, οῦ, ὁ, *tubicen.* Extat tantum Apoc. XVIII, 22. — (Theophr. Char. XXIV [XXV], 3. Dionys. Hal. Antiq. IV, 7 et 18. Chariton. VIII, 210. Sed maximam auctoritatem ab exemplorum multitudine et vetustate habere formam σαλπιγκτής obviam Thuc. VI, 69. Dem. 284, 26. Xen. Anab. IV, 3. 29. tum etiam σαλπικτής occurrere, docuit nuper *Lobeck* ad Phryn. p. 191.) —

Σαλώμη, ης, ἡ, *Salome*, nom. propr. mulieris. Fuit illa uxor Zebedaei, mater Jacobi et Johannis Apostolorum et, si fides habenda Nicephoro in H. Eccles. II, 3. filia Aggaei, fratris Zachariae illius, quem patrem legimus fuisse Johannis Baptistae Marc. XV, 40. XVI, 1.

Σαμάρεια, ας, ἡ, *Samaria*, hebr. שֹׁמְרוֹן 1) nomen propr. urbis, sitae in media Palaestina et exstructae ab Omri rege in monte eiusdem nominis. Fuit illa metropolis et sedes regum Israel vel decem tribuum et quemadmodum primum a rege Assyriorum Salmanassaro diruebatur, civibus regni israelitici maximam partem abductis, ita reaedificatam a civibus relictis et colonis assyriis delevit Johannes Hyrcanus. Denuo restituta a Gabinio Romano, nomen nacta est *Gabinia;* dono denique ab Augusto data Herodi Magno, ab hoc exornata non solum et amplificata, sed *Sebaste* etiam, i. e. *Augusta* appellata est. Hodie vicus est ignobilis *Schemrun* nomine insignitus. Cf. 1 Regg. XVI, 24. XXII, 52. Jer. XXIII, 13. Ezech. XVI, 46. Amos. IV, 1. VI, 1. Mich. I, 3—8. coll. Joseph. Arch. XIII, 18. XIV, 10. XV, 11. et de bell. iud. I, 6. Legitur in N. T. a) propr. Act. VIII, 5. εἰς πόλιν τῆς σαμαρείας, ex hebr. pro: εἰς πόλιν τὴν σαμάρειαν cf. *Gesen.* p. 677, 2. — b) metonym. pro: *cives urbis Samariae* Act. VIII, 14. — 2) *ager Samaritanus*, cuius caput erat urbs Samaria Luc. XVII, 11. Joh. IV, 4. 5. 7. Act. I, 8. VIII, 1. 9. IX, 31. XV, 3. Ita שֹׁמְרוֹן 2 Regg. XVII, 26. XXIII, 19.

Σαμαρείτης, ου, ὁ, *Samarita*, *Samaritanus*, *civis urbis* vel *regionis Samariae.* Insignitur hoc nomine natio, ortum ducens ab Israelitis mixtis olim cum gentilibus. Maxima enim pars civium regni Israel cum in exilium abducta esset, Salmanassar, Assyriae rex, colonos in hanc terram misit Babylonia, Cutha, Ava, Havath et Sepharvaim oriundos, cum quibus, qui remanserant in patria Israelitae ita sese miscuerunt, ut in unam tandem nationem coalescerent 2 Regg. XVII, 24. Uti vero haecce nationis samaritanae origo Judaeorum animos offendit, ita etiam hoc nomine eandem odio habebant, quod, repudiatis reliquis V. T. libris, Pentateuchum

solum admittebat. Quare frustra a Judaeis patriae restitutis urbisque Hierosolymae et templi instaurationem parantibus petierunt Samaritani, ut fratres et cives agnoscerentur atque in civitatis restituendae societatem admitterentur 2 Regg. XVII, 26. Esr. IV, 1. Qua re adeo offendebantur Samaritani, ut non solum calumniando Judaeos apud Persarum reges templi et civitatis iudaicae restitutionem impedirent Esr. IV, 4. Neh. IV, 1. sed, respicientes verba Mosis Deut. XXVII, 11—13. praecipientis, ut terram Palaestinam ingressi in monte גְּרִזִים sacra prima facerent Israelitae, sibi ipsis etiam templum in monte Garizim, prope Sichem urbem sito, exstruerent, sacra ad normam legis mosaicae facientes. Tantum igitur abfuit, ut quod olim iam erga Samaritanos animo conceperant odium Judaei, tempore succedente minueretur ac deleretur, ut istis illorum conaminibus aleretur et augeretur 2 Macc. VI, 2. Jos. Arch. XI, 8. XXIII, 6. Hinc nominis Samaritani apud Judaeos infamia Joh. VIII, 48. atque consuetudinis mutuae fuga et aversatio Joh. IV, 8. Imo incusabantur etiam Samaritani loci Deut. XXVII, 11—13. depravati, mutantes עֵיבָל in גְּרִזִים sic, ut in quo monte iusserit Deus ex opinione Samaritanorum preces faustas fieri, diris potius eloquendis voluerit inservire. Templum denique Samaritanum quanquam ao. circiter 129 a. Chr. a Johanne Hyrcano deletum fuerit Jos. Arch. XIII, 18. tamen apud Samaritanos non solum aequales Jesu sacer habebatur mons Garizim Joh. IV, 23. sed eundem hodie etiam posteri eorum, Naplum urbem incolentes, eodem honore prosequuntur. Uti postremo libri N. T. a Samaritanis etiam expectatum esse Jesu tempore Messiam testes sunt, ita iidem multos eorum secutos esse Christianorum sacra tradunt Act. VIII, 1 sqq. IX, 31. XV, 2. — Commemorantur Samaritae Matth. X, 5. Luc. IX, 52. X, 33. XVII, 16. Joh. IV, 9. 39. 40. VIII, 48. Act. VIII, 25.

Σαμαρεῖτις, ιδος, ἡ, *Samaritana* Joh. IV, 9. (σ. χώρα Jos. de bell. iud. III, 3. 4.)

Σαμοθρᾴκη, ης, ἡ, *Samothrace*, nom. insulae maris aegaei ad Thraciam sitae, ubi Hebron fluvius in mare sese exonerat. Inclaruit haec urbs, a Samiis exulibus, ut videtur, nomen nacta, cum Dardana olim vel Leucania appellata esset, Cereris et Proserpinae mysteriis Act. XVI, 11. (Plin. H. N. V, 12. Diod. Sic. III, 54. V, 47.)

Σάμος, ου, ἡ, *Samus*, nomen insulae in mari aegaeo vel icario versus Joniam sitae. Celebrata olim fuit ob Junonis, cui sacra erat, cultum, item ob vasa fictilia praestantissima ibi confecta, denique a Pythagorae, cuius patria fuit, nomine Act. XX, 15. (Diod. Sic. V, 81. Plin. H. N. V, 37. XXXV, 46.)

Σαμουήλ, ὁ, *Samuel*, hebr. שְׁמוּאֵל. Fuit Samuel filius Elkanae et Hannae, gente Levita, vates hebraeus, *τῶν* שֹׁפְטִים hebraicorum ultimus, vir de republica et religione israelitica meritissimus, quem reges non solum constituisse constat Saulum et Davidem, sed auctorem etiam fuisse scholarum propheticarum libri sacri tradunt 1 Sam. I, 19. III. VII, 15 sqq. X, 25. XII, 9. XIII, 11 sqq. XV, 1 sqq. — Act. III, 24. XIII, 20. Hebr. XI, 32.

Σαμψών, ὁ, *Simson*, hebr. שִׁמְשׁוֹן, unus ex שֹׁפְטִים Hebraeorum, celeberrimus robore ac fortitudine, qua cives suos a Philistaeorum imperio defendebat. Res a Simsone gestas multum similitudinis habere cum rebus gestis Herculis Graecorum, multi iam observarunt. Cf. Judd. XIII — XVI. *Winer* bibl. Realw. p. 641—643. — Hebr. XI, 32.

Σανδάλιον, ου, τό, (dem. a σάνδαλον Aelian. V. H. I, 18.) *sandalium* i. e. *solea* vel *lignea*, vel *coriacea*, *tegens plantam pedis et funiculis superne pedibus alligata*. Quemadmodum feminae graecae habebant ancillas sandali gerulas, ita apud Hebraeos servorum erat, sandalia alligare et solvere Marc. VI, 9. Act. XII, 8. LXX pro נְעָלִים et נְעָלוֹת Jos. IX, 5. Jes. XX, 2. (Joseph. Arch. IV, 8. 23. Herodot. II, 91.) cf. *Winer* bibl. Realw. p. 621 sq.

Σανίς, ίδος, ἡ, *asser*, *tabula*, *Bret.* Extat tantum Act. XXVII, 44. — LXX pro לֻחֹתַיִם Ezech. XXVII, 5. (Polyb. II, 5. 5. Aeschin. 59, 11.)

Σαούλ, ὁ, *Saul*, hebr. שָׁאוּל, nom. propr. 1) primi regis Israelitarum, Beniaminitae, filii Kis Act. XIII, 21. — 2) nomen iudaicum Pauli Apostoli, terminatione graeca: *σαῦλος* Act. IX, 4. 17. XXII, 7. 13. XXVI, 14.

Σαπρός, ά, όν, (a σήπω putrefacio) *putridus*, *putredini obnoxius* a) propr. de arbore et frugibus, item de piscibus putrescentibus Matth. VII, 17. 18. XII, 33. XIII, 48. Luc. VI, 43. (Arrian. diss. epict. IV, 4. Dem. 615, 11.) — b) metaph. *putridus* i. e. *turpis*, *pravus*, ut λόγος Eph. IV, 29. (Arrian. diss. epict. III, 22. et *putris* Horat. Od. I, 36. v. 17.) cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 377. 378.

Σαπφείρη, ης, ἡ, *Sapphira*, nom. propr. mulieris Act. V, 1. memoratae.

Σάπφειρος, ου, ἡ, *Sapphirus*, lapis pretiosus coloris cerulei, hebr. סַפִּיר Apoc. XXI, 19 coll. Job. XXVIII, 6. 16. et ibi LXX.

Σαργάνη, ης, ἡ, (funis contortus, vinculum Aeschyl. Suppl. 801.) *corbis*, *scorta e funibus facta*. Semel in N. T. 2 Cor. XI, 33. (Athen. III. p. 119. B. p. 407. E.)

Σάρδεις, ων, αἱ, *Sardes*, *ium*, metropolis Lydiae, regia Croesi, sita ad radices montis Tmoli, opulentissima et infamis

moribus et libidine civium suorum Apoc. I, 11. III, 1. 4. (Herodot. I, 30. Diod. Sic. XIII, 70. Xen. Cyr. VII, 1. 11.)

Σάρδινος, vid. σάρδιος.

Σάρδιος, ου, ὁ, *Sardius.* Genus lapidis pretiosi colore rubro vel etiam carneo, unde Carneolus vel Carniol appellatur. Apoc. IV, 3. quo loco legitur etiam σάρδινος. Apoc. XXI, 20. LXX pro אֹדֶם Exod. XXVIII, 17.

Σαρδόνυξ, υχος, ὁ, (a σάρδιος et ὄνυξ) *Sardonyx,* gemma ex sarda ruborem et ex onyche alborem habens Apoc. XXI, 20. (Plin. H. N. XXXVII, 12.)

Σάρεπτα, των, τά, *Sarepta,* hebr. צָרְפַת, urbs Phoeniciae, media inter Tyrum et Sidonem posita 1 Regg. XVII, 9. Obad. v. 29. — Luc. IV, 26. (Joseph. Arch. VIII, 12. 2.)

Σαρκικός, ή, όν, (a σάρξ, caro) *pertinens ad carnem,* quae, αἵματι animata, tegit ossa corporis, *fleischlich,* vel ut habent scriptores latini ecclesiastici: *carnalis, e,* [cf. Minuc. Felix in Octav. c. 32. Tertullian. de baptismo c. 7 extr.] a) adiuncta *imbecillitatis* et *imperfectionis* notione, aa) de personis: *pendens a carne imbecilla et obsequens sensibus, appetitionibus ac studiis, ad quae fert ea,* nos: *weltirdisch, fleischlich gesinnt, dem sinnlichen Princip hingegeben und folgend* [vid. σάρξ no. 1. B. b.], maxime ubi opp. πνευματικός i. e. qui regitur, ducitur πνεύματι, 1 Cor. III, [1.] 3. 4.— bb) de rebus: *congruus* τῇ σαρκί *imbecilli,* ut σοφία σ. i. e. *sapientia, qualis esse solet* ἐν τοῖς σαρκικοῖς *et ea tantum tractans, quae suaviter afficiunt* τὴν σάρκα, opp. χάρις τοῦ θεοῦ 2 Cor. I, 12. ὅπλα σαρκικά, *arma, qualia suppeditat* ἡ σάρξ = *arma infirma et parum ad depellendum hostem apta,* opp. δυνατός 2 Cor. X, 4. — b) adiuncta *vitiosi, indolis pravae* notione, vid. σάρξ no. 1. B. c. — aa) de personis: *pendens a prava, quae inhaeret* τῇ σάρκί, *indole* Rom. VII, 14. — bb) de rebus, ut ἐπιθυμίαι *cupiditates, quas excitat prava indoles* τῇ σαρκί *hominis inhaerens* 1 Petr. II, 11. — c) adiuncta φθορᾶς vel *interituri* notione, vid. σάρξ no. 1. B. c. — ut ἐντολή, ubi opp. ζωὴ ἀκατάλυτος Hebr. VII, 16. si sana lectio cf. *Griesb.* ad h. l. — d) adiuncta *vilitatis* notione, vid. σάρξ no. 2. B. d. — τὰ σαρκικά i. e. *bona spectantia ad* τὴν σάρκα, ita de bonis ad nutriendam τὴν σ. pertinentibus, et ex opp. τῶν πνευματικῶν Rom. XV, 27. 1 Cor. IX, 11. — Saepius non habetur in N. T.

Σαρκινός, ή, όν, 1) *carneus, a, um, fleischern* 2 Cor. III, 3. (Plut. adv. Colot. c. 27 ab init. bis. Mor. VI. p. 258. ed. *Tauchn.*) — 2) *a carne pendens* i. q. σαρκικός 1 Cor. III, 1. si lectio sana. Vide supra de h. l. sub σαρκικός et de

lectione eius *Griesb.* — Hebr. VII, 16. si sana lectio. Vide de h. l. sub σαρκικός et de lectione fluctuante inter σαρκινός et σαρκικός *Griesb.* ad h. l. — Saepius non extat in N. T.

Σάρξ, σαρκός, ἡ, 1) *caro* i. e. *materia illa, qua, αἵματι* [i. e. sanguine per venas diffluente] *animata, corporis animalis vel humani ossa teguntur et quae detrahi potest* (cf. de σάρξ, aeolice σύρξ, a σαίρω, σύρω, traho, detraho, ich streife ab, *Riemer* et *Passow* sub σάρξ), *die das Knochengerüste des thierischen oder menschlichen Körpers deckende, weiche, abschälbare Masse,* uno verbo: *das Fleisch.* Cf. quae docte et subtiliter de hoc vocab. et quatenus differant σάρξ, κρέας, σῶμα, disputarunt *Schulthess* in libro: die evangel. Lehre v. heil. Nachtmahl p. 68 sqq. *Schulz* die christl. Lehre vom heil. AMahle p. 95 sqq. — A) universe a) singularis, ut πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει Luc. XXIV, 39.— 1 Cor. XV, 39. — LXX pro בָּשָׂר Gen. II, 21. (Hom. Odyss. XIX, 450.) — b) plural. *αἱ σάρκες τινός* vel *σάρκες τινός* i. e. *omnis caro, qua corpus alicuius tegitur* [Diod. Sic. III, 15. Plat. Phaedon. c. 45. ed. *Fischer* Eurip. Med. v. 1197. 1214.], ita φαγεῖν τὰς σάρκας, de avibus: *carnes devorare* Apoc. XIX, 18. — v. 21. — trop. nunc: *consumere, aufreiben, abmagern,* ita de aerugine Jac. V, 3. — LXX et בָּשָׂר Mich. III, 3. — nunc: *crudeliter aliquem tractare* Apoc. XVII, 16. Ita LXX et אֱכֹל בְּשָׂר פְּלֹנִי Ps. XXVII, 2. —

B) de carne, qua corporis humani ossa teguntur, *das Fleisch am lebendigen Leibe des Menschen,* hinc *σαρκί* item *τῇ σαρκί = ratione habita carnis,* ubi nos: *am Fleische,* etiam: *dem Fleische nach* cf. *Winer* p. 84. *Matthiae* §. 400, 6. p. 731. — *ἐν σαρκί, in carne* i. e. vel: *am Fleische* [vid. ἐν p. 518 init.] vel: *im Fleische, carne indutus* [vid. ἐν p. 528.] — In quibus omnibus si interpretes explicant: *corpus,* Graecorum, habentium in talibus σῶμα magis, quam Hebraeorum, ad בָּשָׂר i. e. carnem eadem referentium, dicendi rationem sequuntur; subtilius *Lutherus,* retinens *das Fleisch.* Legitur ita

a) simpliciter i. e. exclusa alius notionis cogitatione [ohne Nebenbegriff] aa) universe, ut θλῖψιν ἔχειν, πάσχειν σαρκί 1 Cor. VII, 28. ἡ — ἐν σαρκὶ περιτομή Rom. II, 28. Eph. II, 11. — ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκί i. e. vel: *vos olim populis adnumerabimini, quos* [non esse ex populo Dei peculiari] *in carne* [am Fleische] *quisque cognoscebat* vel: *eratis olim e numero populorum ἀπεριτμήτων ἐν σαρκί* Eph. II, 11. πάσχειν ἐν σαρκί 1 Petr. IV, 1. ἔρχεσθαι, ἐληλυθέναι ἐν σαρκί 1 Joh. IV, 2. [3.] 2 Joh. v. 7. ὁ — ἐν σαρκὶ χρόνος i. e. ὁ χρόνος, ὃν διάγομεν ἐν σαρκί 1 Petr. IV, 2. ζῆν item περιπατεῖν ἐν σαρκί 2 Cor. X, 3. Gal. II, 20. Phil. I, 22.

ἐπιμένειν ἐν σαρκί i. e. *in dem mit Fleisch bedeckten Leibe* Phil. I, 24. ὅσοι — ἐν σαρκί quo loco additum per appositionem ἐν σαρκί = *wie ich leib' und lebe* Col. II, 1. Cf. ἐν p. 527 extr. — σάρξ ἁμαρτίας i. e. *caro proclives faciens homines ad peccandum* Rom. VIII, 3. Vide infra sub c. — Rom. XIII, 14. — ἐδόθη μοι σκόλοψ, τῇ σαρκί = τουτέστι· τῇ σαρκί 2 Cor. XII, 7. Cf. de his vocc. per epexegesin additis *Fritzsche* diss. II. p. 135 sqq. *Elmsley* ad Eurip. Bacch. p. 49. 80. ed. Lips. — Col. II, 23. Hebr. IX, 10. 13. 1 Petr. III, 21. Jud. v. 8. 23. (δείρας τὸν δάκτυλον, ψιλὸν γεγονότα τῆς σαρκός Aelian. V. H. IV, 28. μέχρι τῶν περὶ σάρκα τῆς ψυχῆς δυνάμεων Plut. adv. Colot. c. 6. Moral. VI. p. 249. ed. *Tauchn.*) — — bb) iunctum c. αἷμα periphrasin facit *totius hominis animalis* cf. *Schulz* l. l. p. 96. 101. Hebr. II, 14. κεκοινώνηκε τῆς — αἵματος. (Sirac. XIV, 18.) — cc) opponitur τὸ πνεῦμα i. e. animus hominis 2 Cor. VII, 1. Col. II, 5. 1 Petr. IV, 6. — Joh. VI, 63. Vide de h. l. πνεῦμα p. 336. — Alii ad num. 1. B. d. referunt h. l. — — dd) addito genit. pers. ἡ σάρξ τινος *caro alicuius, caro ossa alicuius tegens* α) universe Act. II, 26. 31. 2 Cor. IV, 11. VII, 5. Gal. IV, 14. Eph. II, 14. V, 29. Col. I, 24. — Hebr. V. 7. ἐν ταῖς — αὐτοῦ i. e. *tempore, quo* ὢν ἐν σαρκὶ αὐτοῦ vel *quo, indutus carne corporis sui, in his terris vixit.* X, 20. XII, 9. — ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκός = vel ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ τῷ σαρκικῷ vel ἐν τῷ σώματι, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ Col. I, 22. (Sirac. XXIII, 16.) cf. de genit. epexegetico *Matthiae* §. 636. p. 1311. *Schulthess* l. l. p. 83 extr. *Winer* II. p. 60. — LXX pro בָּשָׂר Ps. XVI, 9. — abest genit. pron. person., e contextu facile cogitatione addendus cf. *Winer* p. 62. II. p. 52. *Jacobs* Anth. Pal. III. p. 294., ut πῶς δύναται — τὴν σάρκα i. e. *carnem, de qua dicit*, scil. suam Joh. VI, 52. — διὰ — σαρκός scil. μου Gal. IV, 13 coll. v. 14. — ἐν τῇ σαρκί scil. αὐτοῦ Rom. VIII, 4. — opponitur τὸ πνεῦμα 1 Cor. V, 5. — formula ab hebr. dicendi ratione repetenda: εἰμὶ ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων τινός [propr. factus sum e carne et ossibus alicuius Gen. II, 23 et ibi LXX.] pro: *consanguineus alicuius sum* [propr. LXX pro עַצְמִי בְּשָׂרִי Gen. XXIX, 14.] trop. pro: *arctissime iunctus sum c. aliquo* Eph. V, 30. De huius loci lectione cf. *Griesbach* et *Schulthess* l. l. p. 75. — — formulae notandae: φαγεῖν vel τρώγειν τὴν σάρκα τινός, iunctum c. πίνειν τὸ αἷμά τινος pro: *frui aliquo, dum est* ἐν τῇ σαρκί vel *dum gaudet vita hominis animalis* i. e. *bonis uti, quae offeruntur ab aliquo vivente, von dem lebendigen Daseyn Jemandes ernährt, gestärkt, erquickt werden, sich der segensreichen Erscheinung Jemandes in Fleisch und Blut theilhaftig machen* Joh. VI, 51. 53. 54. — ἡ σάρξ μου — πόσις pro: *utique is sum, qui,*

ὢν ἐν σαρκὶ αἵματι animata, bona largior digna, quae appetas et quibus fruaris, mein lebendiges Daseyn in Fleisch und Blut gewährt allerdings reichen Seegen, Nahrung und Stärkung für Geist und Herz Joh. VI, 55. Cf. *Schulz* l. l. p. 162 sq. — — — β) inservit σάρξ rationibus [Verhältnisse, Beziehungen] indicandis proxime a solius carnis usu repetendis, *„es bezeichnet jeden Verein, zu welchem der blosse Instinct der animalischen Natur zieht, die Gattenschaft, Kindschaft, Geschwisterschaft, Bluts- und Geschlechtsverwandschaft, Stamm- und Volksverwandschaft, Nationalität im eigentlichen Sinne durch physische Geburt und Abkunft"* *Schulthess* l. l. p. 76. *Schulz* l. l. p. 101. — αα) universe, ut ἐστί τις ἡ σάρξ μου = *consanguineus meus* [proprie, ut de fratre LXX et בְּשָׂר Gen. XXXVII, 27. additur ὀστέον μου Judd. IX, 2. 2 Sam. V, 1. 1 Chron. XI, 1.] pro: *popularis meus* Rom. XI, 14. — ἀπέρχομαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας i. e. ἀπέρχομαι ὀπίσω ἑτέρου, ἵνα ἀπολαύωμαι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ *insector aliquem, ut carne eius fruar* i. e. *ut cum eo concumbam* Jud. v. 7. (cf. nostratium: *sich fleischlich mit Jemandem vermischen.*) — τὸ κατὰ σάρκα, item κατὰ σάρκα [propr. ratione habita τῆς σαρκός τινος cf. κατά p. 803.] i. e. *si spectas aliquem* ὄντα ἐν σαρκί [Act. II, 30.] Rom. IX, 5. — τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, vel ut habent codd. [vid. *Griesb.* et *Winer* II. p. 46.] τῶν κατὰ σάρκα = *natalibus* Rom. IX, 3. 1 Cor. X, 18. — ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα vel τοῖς κυρίοις τοῖς κατὰ σάρκα i. e. *qui imperant vobis, quatenus et quamdiu estis* ἐν σαρκί, qua sensum: *dominis terrestribus* Eph. VI, 5. [vide de huius loci lectione *Griesb.* et *Winer* II. p. 46.] Col. III, 22. — ἀγαπητόν — σοι — ἐν σαρκί i. e. cuius diligendi causam habes *in natalibus* vel *in eo, quod eandem tecum habet patriam* Philem. v. 16. cf. ἐν p. 533. Alii: cuius diligendi causam habes *in rebus externis tuis administrandis.* At v. 11. ἄχρηστος dicitur? — ββ) ubi opponuntur, quae auctorem habent Deum, vel quae pendent a singulari Dei efficacia, ut οὐκ ἐξ αἱμάτων — ἐγεννήθησαν Joh. I, 13. — Rom. IX, 8. οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς [= *non, qui, solis natalibus* i. e. *nur nach der fleischlichen Abkunft, sunt Abrahamitae* = οὐχ οἱ κατὰ σάρκα γεννηθέντες cf. Gal. IV, 23.] ταῦτα τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας [i. e. *sed qui vi promissionis sunt Abrahamitae* = ἀλλ' οἱ διὰ τῆς ἐπαγγελίας γεγεννημένα cf. Gal. IV, 23.] λογίζεται εἰς σπέρμα. Cf. de hac genit. vi *Matthiae* §. 337. p. 644 et locum Thuc. IV, 57. — Gal. IV, 23. ὁ — κατὰ σάρκα [= *vi* τῆς σαρκός cf. κατά p. 803.] γεγέννηται· ὁ — διὰ τῆς ἐπαγγελίας [= *interveniente promissione*]. — γγ) ubi opponitur πνεῦμα vel πνεῦμα ἁγιωσύνης i. e. spiritus divi-

ius, ut ὁ κατὰ σάρκα [i. e. *interveniente sola τῇ σαρκί*] γεννηθείς Gal. IV, 29. — Rom. I, 3. 1 Tim. III, 16. 1 Petr. III, 18. —

b) adiunctam habet *imbecillitatis*, in homine animadvertendae, notionem = *das sinnliche Princip im Menschen* cf. *Lücke* III. p. 136. *Schulz* I. l. p. 95 sqq. *Schulthess* l. l. p. 71. 73. „Illa quidem notio imbecillitatis et fragilitatis inde orta est, quod omne corpus animale, sive hominum, sive reliquorum animalium sine animo et spiritu nihil potest eoque extincto interit continuo et putrescit" *Knapp* commentat. in colloquium Christi c. Nicodemo p. XII. — aa) nude positum α) universe, ut διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός Rom. VI, 19.— κατὰ σάρκα [i. e. *ad exemplum imbecillitatis carni insidentis, modo huc modo illuc trahentis*] βουλεύεσθαι, περιπατεῖν, *decernere, vitam instituere* 2 Cor. I, 17. X, 2. στρατεύεσθαι = *armis infirmis et ad depellendum hostem ineptis* v. 3. (τὰ — ἐξευρήματα τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἕνεκα Plut. adv. Colot. c. 30. Mor. VI. p. 264. μικρὸν τὸ τῆς σαρκὸς ἡδύ Plutarch. non posse suaviter vivi secundum Epicur. c. 3. Mor. VI. p. 180. τοὺς ἄλλους πύρους τῆς σαρκός ibid. p. 178. αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι ibid. c. 14. p. 198.) — β) ubi opponitur τὸ πνεῦμα i. e. animus, der Geist, altiora adspirans ille et appetens, ut τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής = τῷ μὲν πνεύματι πρόθυμός ἐστι ὁ ἄνθρωπος, ἀσθενὴς δὲ τῇ σαρκί Matth. XXVI, 41. Marc. XIV, 38. — γ) ubi opponitur τὸ πνεῦμα i. e. τὸ πνεῦμα ἅγιον cuiuscunque generis auxilium praestans in veri rectique studio colendo, ut Joh. III, 6. τὸ γεγεννημένον — σάρξ ἐστι. Cf. de neutr. huius loci *Lücke* I. p. 581. *Winer* p. 73. *Matthiae* §. 270. p. 555.— bb) iunct. c. αἷμα: σὰρξ καὶ αἷμα = *der weltirdische Sinn* oder *Mensch* cf. *Schulz* l. l. p. 98 et supra sub αἷμα p. 22. observata. — 1 Cor. XV, 50. Gal. I, 16. Eph. VI, 12.— ubi opponitur ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Matth. XVI, 17. —

c) adiunctam habet notionem *vitiositatis* vel *imbecillitatis moralis*, = *indoles prava carni insidens* cf. *Schulthess* l. l. p. 71 sqq. p. 75 sq. *Schulz* l. l. p. 95 sqq. „constat, totam fere antiquitatem in eo consensisse, ut originem sensuum, [τὴν ψυχὴν — εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γιγνομένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην commemorat Plut. Tom. II. p. 672 E.] appetitionum et perturbationum a corpore repeteret. Quare Iudaeis בָּשָׂר, σάρξ, et τὸ σαρκικόν saepissime dicitur omnis conditio hominis deterior eaque vel externa — vel interna, quae in animo et moribus cernitur, seu omnis vitiositas et pravitas hominum, cuius origo potissimum ad corpus refertur" *Knapp* l. l. p. XII. — „Secundum theologiae iudaicae praecepta cupiditas prava [יֵצֶר הָרַע], daemon [סַמָּאֵל] est, dextro

cordis ventriculo insidens, qui hominem, invitum licet, suo imperio vindicat eumque ad infernum rapit" *de Ammon* excurs. E. ad epist. Pauli ad Rom. p. 388. ed. *Koppe*, item *de Ammon* nov. opusc. theol. p. 77. — Quae de origine mali moralis iudicandi et disputandi ratio etsi non prorsus abhorrere videtur a philosophorum graecorum, Platonis maxime [cf. Plat. Cratyl. §. 87. ed. *Heindorf.* Phaedon. c. 11. 27. 30. ed. *Fischer.*] placitis, a *σώματι* vel materia [cf. *Stallbaum* ad Plat. Phileb. prolegg. p. XXVI.], quae dicitur, repetentium moralem hominis imperfectionem, veteris tamen testamenti doctrinam [cf. Gen. VI, 3.] et populi sui dogmata secutos esse hac in re Judaeos, imo illos etiam, quos tinctos fuisse philosophia graeca et platonica constat, docuit *Eichhorn* Einleitung in die apocr. Bücher des A. T. p. 120. — ita legitur aa) universe, ut Rom. VIII, 3 — *εἶναι ἐν σαρκὶ* i. e. in potestate *τῆς σαρκός* esse = *r gi a prava indole et ei obsequi* [vid. *ἐν* p. 522.] Rom. VII, 5. VIII, 8 — Rom. VII, 18. VIII, 12. *εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ* i. e. *für die σάρξ* Gal. V, 13. — *τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς* = vel *τὸ σῶμα τουτέστι ἡ σάρξ* vel *τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἔστιν ἡ σάρξ* Col. II, 11. cf. *Winer* II. p. 60. explicans: *der Leib, in welchem die Sinnlichkeit ihr Bestehen und ihre Haltung hat* — 2 Petr. II, 10. — additur genit. pers. Eph. II, 3. Col. II, 13. 18. — bb) opponitur *ὁ νοῦς*, melior hominis natura ad veri rectique studium excitans et adspirans ad altiora, ut Rom. VII, 25. *τῇ δὲ σαρκὶ* [i. e. quod attinet *τὴν σάρκα*] *τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας* sc. *δουλεύω*. — cc) opponitur *πνεῦμα* i. e. spiritus divinus, meliorem sentiendi, statuendi, agendi rationem suppeditans et adiuvans, ut *εἶναι ἐν σαρκὶ* Rom. VIII, 9. vide paulo ante monita. — *εἶναι* [= *constanter ζῆν vel περιπατεῖν*] *κατὰ σάρκα* Rom. VIII, 5. *ζῆν* vel *περιπατεῖν κατὰ σάρκα* Rom. VIII, [1.] 4. 12. 13. — *τὸ — φρόνημα τῆς σαρκός* Rom. VIII, 6. 7. — Gal. V, 17. 19. 24. *ἡ ἐπιθυμία σαρκὸς* Gal. V, 16. 2 Petr. II, 18. 1 Joh. II, 16. — *σπείρειν εἰς τὴν σ. αὐτοῦ* Gal. VI, 8. *θερίζειν ἐκ τῆς σ.* v. 8. (Simili modo cum contemtu legitur *σάρξ* ratione habita ad divinam animae naturam in epigr. Theonis Alexandr. Anth. gr. Tom. III. p. 225. 226. et adnotatt. T. X. p. 198. ed. *Jacobs.*)

d) adiuncta *vilitatis* notione; *τὸ πνεῦμα* enim, quod est in homine, cum meliora et sublimiora adspiret, maneat et ad Deum redeat, *σάρξ* contra imbecillis sit, ad peccandum abripiat et pereat ac putrescat [*τὸ τῆς σαρκὸς ἐπίκηρον* Plut. non posse suaviter vivi secund. Epicur. c. 5. Mor. VI. p. 184. ed. *Tauchn.*], factum est, ut *πνεύματος* vocabulo praestantiae, dignitatis, *σαρκός* voci vilitatis notio sese adiungeret cf. *Schulthess* l. l. p. 75 extr. — Legitur ita metonym. pro: *res, quae in carne ossa tegente conspiciuntur eaeque viliores et minoris aestimandae, das Fleischliche,* = *τὰ ἐν σαρκὶ*

ὄντα vel *γενόμενα, τὰ σαρκικά* aa) proprie, et ratione habita rituum iudaicorum, circumcisionis maxime, ad carnem corporis pertinentium et tangentium eam, α) universe, ut *εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί* Gal. VI, 12. *καυχᾶσθαι — σαρκί* = *καυχᾶσθαι τοῖς ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκί* i. e. *de circumcisione in carne vestra gloriari* v. 13. — Rom. IV, 1. 2 Cor. XI, 18. Phil. III, 3. 4 bis. Col. II, 18. — β) ubi opponitur *πνεῦμα*, i. e. spiritus divinus, cuius donatio cum in summi beneficii et honoris loco haberetur ab Apostolo, rebus vero et ritibus externis nulla ab eodem vis tribueretur, *πνεύματος* vocabulo *id, quod summum et praestantissimum*, *σαρκός* vocabulo contra *res nullius pretii et momenti* circumscribi poterat, ita Gal. III, 3. — — bb) metaph. pro: *res externae, conditio externa*, ut *κρίνειν κατὰ τὴν σάρκα* Joh. VIII, 15. *εἰδέναι, ἐγνωκέναι τινὰ κατὰ σάρκα* 2 Cor. V, 16 bis. *σοφὸς κατὰ σάρκα* 1 Cor. I, 26. VII, 28? — Joh. VI, 63. Vide de h. l. sub *πνεῦμα* p. 339.

2) ex metonym. materiei pro re materiata: *animans, ἔχον σάρκα αἵματι animatam, ein mit lebendigem Fleische bedecktes Wesen.* Legitur ita [universe apud LXX pro בָּשָׂר Gen. VII, 15. 16. IX, 11. Ps. CXXXVI, 25.] ratione habita hominis, ut *ἔσονται εἰς σάρκα μίαν* = *coalescent in unam σάρκα* vel *in unum* Matth. XIX, 5. Marc. X, 8. 1 Cor. VI, 16. Eph. V, 31. — LXX ita et בָּשָׂר Gen. II, 25. — *σὰρξ μία* Matth. XIX, 6. Marc. X, 8. — *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο* Joh. I, 14. — *πᾶσα σάρξ* i. e. *quicquid est hominum τὴν σάρκα, αἵματι animatam, habentium, jeder Mensch, sofern er ein fleischlich lebendiges Daseyn hat* Matth. XXIV, 22. Marc. XIII, 20. Luc. III, 6. Joh. XVII, 2. Act. II, 17. Rom. III, 20. 1 Cor. I, 29. Gal. II, 16. 1 Petr. I, 24. — LXX et בָּשָׂר Ps. CXLV, 21. Jes. XL, 6. Jerem. XXV, 31. Cf. *Schulz* l. l. p. 105 sq. — Saepius non extat in N. T.

Σαρούχ, ὁ, v. *Σερούχ*.

Σαρόω, ῶ, f. ώσω, (a *σάρον* vel *σάρος*, scopa) *verro, verrendo purgo, fegen, kehren.* Ter in N. T., sq. accus. Matth. XII, 44. Luc. XI, 25. XV, 8. (Pamphil. in Geopon. 13, 15. 4. Artemid. II, 33.) Graecis antiquioribus non *σαροῦν*, sed *σαίρειν* dictum esse, docet Phryn. p. 83. ed. *Lobeck.*

Σάῤῥα, ας, ἡ, שָׂרַי et שָׂרָה, nom. propr. uxoris Abrahami. Rom. IV, 19. IX, 9. Hebr. XI, 11. 1 Petr. III, 6.

Σάρων, ωνος, ὁ, *Saron*, hebr. שָׁרוֹן. Nomen regionis campestris palaestinensis ab urbe Joppe ad Caesaream sese extendentis, soli fertilitate, vino, pascuis excellentis cf. Jes. XXXIII, 9. LXV, 10. 1 Chron. XXVII, 29. — Act. IX, 35.

Σατᾶν, ὁ, [2 Cor. XII, 7.] item *Σατανᾶς*, ᾶ, ὁ, vox originis hebraicae 1) *adversarius, hostis*, qui vel factis vel consiliis alteri renititur Matth. XVI, 23 et Marc. VIII, 33.

ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ. Ita שָׂטָן 2 Sam. XIX, 23. — 2) *Satanas* i. e. *malorum geniorum princeps* i. q. ὁ διάβολος, a quo Jesu et Apostolorum aetate omnis generis mala ad animum et corpus hominum pertinentia repetebant Judaei et, quemadmodum in libris V. T. serioribus describitur adversans hominibus, accusans eos apud Deum et mala iis, moderante et iubente Deo, infligens 1 Chron. XXI, 1. Zach. III, 1. Job. I, 7. II, 2. ita in libris N. T. quaecunque rei christianae impedimenta ad eum auctorem referuntur. Cf. *de Wette* bibl. Dogmatik §. 171—177. 240—242. 269—271. ed. II. — Matth. IV, 10. XII, 26. Marc. I, 13. III, 23. 26. IV, 15. Luc. IV, 8. X, 18. XI, 18. XIII, 16. XXII, 3. 31. Joh. XIII, 27. Act. V, 3. XXVI, 18. Rom. XVI, 20. 1 Cor. V, 5. VII, 5. 2 Cor. II, 11. XI, 14. XII, 7. 1 Thess. II, 18. 2 Thess. II, 9. 1 Tim. I, 20. V, 15. Apoc. II, 9. 13. 24. III, 9. XII, 9. XX, 2. 7. (Siracid. XXI, 27.) Saepius non legitur in N. T.

Σάτον, ου, τό, *satum*, vox originis hebraicae, orta ex סְאָה et forma aram. סָאתָא. Insignitur hoc nomine apud Hebraeos genus mensurae aridorum, capientis teste Jos. Arch. IX, 4. modium unum et dimidium vel XXIV. sextarios, cum Rabbini aequare illud dicant partem tertiam τοῦ Epha. Bis in N. T. Matth. XIII, 33. Luc. XIII, 21.

Σαῦλος, ου, ὁ, *Saulus*, nom. apostoli Pauli, eiusdem originis cum σαούλ quod vid. Act. VII, 57. VIII, 1. 3. IX, 1. 8. 11. 19. 22. 24. 26. XI, 25. 30. XII, 25. XIII, 1. 2. 7. 9.

Σαυτοῦ, ῆς, οῦ, i. q. σεαυτοῦ q. v.

Σβέννυμι, f. σβέσω, *exstinguo*, pass. σβέννυμαι, *exstinguor* i. e. *ich verlösche* a) propr., sq. accus. Matth. XII, 20. XXV, 8. Marc. IX, 44. 46. 48. Eph. VI, 16. Hebr. XI, 34. Ita LXX pro דָּעַךְ Prov. XIII, 9. (Lucian. Dial. Deorr. X, 1.) — b) metaph. *exstinguo* i. e. *opprimo*, *impedio, quominus exserat se aliquid*, ut τὸ πνεῦμα 1 Thess. V, 19. — LXX pro הִכְנִיעַ Job. XI, 7. [12.] (Aelian. V. H. VI, 1. Plutarch. vit. Lycurg. c. 20.)

Σεαυτοῦ, ῆς, οῦ, item σαυτοῦ, ῆς, οῦ, *tui ipsius, tui* Matth. IV, 6. VIII, 4. XIX, 19. XXII, 39. XXVII, 40. Luc. IV, 23. Joh. I, 22. VII, 4. VIII, 13. 53. XVII, 5. Act. IX, 34. XVI, 25. XXVI, 1. Rom. II, 5. XIV, 22. 1 Tim. IV, 11. 16.

Σεβάζομαι, f. άσομαι, (a σέβας reverentia, ehrfurchtsvolle Scheu; vereor, ich scheue mich vor Jemandem Homer. Iliad. VI, 167.) ex usu graecitatis serioris [cf. *Passow* II. p. 662.] i. q. σέβομαι, *colo*, *veneror*, ita semel in N. T. et iunct. c. λατρεύω Rom. I, 25. de quo verbositatis genere vid. *Matthiae* §. 636. p. 1310. *Jacob* quaest. Lucian. ad calcem Lucian. Toxar. p. 20. *Winer* p. 204.

Σέβασμα, τος, τό, (a σεβάζομαι colo) *omne id, quod cultu sacro prosequuntur homines, ein Gegenstand religiöser oder göttlicher Verehrung.* Bis in N. T. Act. XVII, 23. 2 Thess. II, 4. (Sapient. XIV, 20. Histor. Dracon. v. 35. Dionys. Halic. Ant. I, 30. V, 1.)

Σεβαστός, ή, όν, 1) *augustus* [i. e. venerandus Aelian. V. H. XII, 25.] i. e. *ad Augustum* vel *Caesarem pertinens* Act. XXVII, 1. σπείρης σεβαστῆς. Alii: *cohors Sebastana*, ab urbe Samaria, quam in Augusti honorem Sebasten appellavit Herodes. — 2) ὁ σεβαστός, *Caesar Augustus*, cognomen imperatoris romani, quod primus sumsit Caesar Octavianus et successores retinuerunt Act. XXV, 21. 25. (Philo Legat. ad Cai. p. 1012. D. Herodian. II, 10. 19. Diod. Sic. T. X. p. 200. ed. *Bip.*)

Σέβομαι, (a σέβω colo, de Deorum cultu Pindar. Olymp. XIV, 17. Aelian. V. H. II, 31. σέβομαι, vereor, ich scheue mich vor Jemandem Hom. Iliad. IV, 242.) *colo, ich verehre*, de iis, qui Deum colunt a) universe, sq. acc. Matth. XV, 9. Marc. VII, 7. Act. XVIII, 13. XIX, 27., — ita LXX pro יָרֵא Jos. IV, 24. (2 Macc. I, 3. Diod. Sic. I, 35. Xen. Ages. III, 2.) — b) de hominibus, qui a paganis ad Judaeorum sacra transierunt, προσήλυτοι dictis aa) addito σεβόμενοι τὸν θεόν Act. XVI, 14. XVIII, 7. — bb) vel σεβόμενοι, ubi distinguentur ἰουδαῖοι et προσήλυτοι σεβόμενοι Act. XIII, 43. item ἰουδαῖοι et οἱ σεβόμενοι Act. XIII, 50. XVII, 17. — cc) addito ἕλληνες σεβόμενοι Act. XVII, 4. —

Σειρά, ᾶς, ἡ, (funis, Seil, Band Herodot. VII, 85. Pausan. I, 21. 8. ab εἴρω, necto) *catena*. Semel in N. T. 2 Petr. II, 4. Vide de h. l. supra sub ζόφος adnotata. (Jos. Ant. III, 7. 6. Lucian. D. D. XXI, 11.) —

Σεισμός, οῦ, ὁ, (a σείω commoveo, concutio; motus, concussio) *motus, Erschütterung* i. e. a) *terrae motus* Matth. XXIV, 7. ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους. XXVII, 54. XXVIII, 2. Marc. XIII, 8. Luc. XXI, 11. Act. XVI, 26. Apoc. VI, 12. VIII, 5. XI, 13. 19. XVI, 18. (Aelian. V. H. IV, 17. Herodian. I, 14. 4. Xen. H. G. III, 2. 24.) — b) de motu cum tempestate coniuncto = *turbo, Sturm*, ut ἐν τῇ θαλάσσῃ, alias λαίλαψ Matth. VIII, 24. Ita LXX pro סַעַר Jer. XXIII, 19.

Σείω, f. σείσω, *commoveo, concutio* a) propr., sq. accus. Matth. XXVII, 51. Hebr. XII, 26. quo loco ad normam eorum, quae de legislatione sinaitica Exod. XIX, 16 sqq. Joel. III, 16 et Hagg. II, 7. leguntur, verbis σείω — οὐρανόν annuntiatur maiestas et magnitudo operis, quod peragendum Jesu tradiderat Deus. Apoc. VI, 13. — Ita LXX pro רָעַשׁ Judd. V, 4. Hagg. II, 7. (Pausan. III, 5. 8. Xen. H. G. IV, 7. 4. Herodot. VI, 7.) — b) metaph. *commoveo* i. e. *perturbo*

Matth. XXI, 10. ἐσείσθη ἡ πόλις, *die ganze Stadt kam in Bewegung.* — sq. ἀπό c. genit. rei, ut perturberis, ansam praebentis Matth. XXVIII, 4. Vide ἀπό p. 115. — Ita LXX pro רָעַשׁ Ezech. XXXI, 16. (Heliodor. X. p. 484. Antiphon. 787, 6. Pindar. Pyth. IV, 484.)

Σεκοῦνδος, ου, ὁ, *Secundus,* nomen propr. viri latini Act. XX, 4.

Σελεύκεια, ας, ἡ, *Seleucia,* urbs Tyriae, admodum munita, ad exitum fluvii Orontis, in monte Pierio sita, unde Pieriae nomen accepit; eadem *Seleucia ad mare* appellabatur Act. XIII, 4. (Polyb. V, 59. 1. Strabo XIV, 751. Cicero ad Attic. V, 20.)

Σελήνη, ης, ἡ, (a σέλας, lux, splendor) *luna* Matth. XXIV, 29. Marc. XIII, 24. Luc. XXI, 25. Act. II, 20. 1 Cor. XV, 41. Apoc. VI, 12. VIII, 12. XI, 1. XXI, 23. — LXX pro יָרֵחַ Deut. IV, 9. לְבָנָה Jes. XXX, 6. (Herodian. V, 6. 11. Xen. Mem. IV, 3. 4.)

Σεληνιάζομαι, f. άσομαι, *lunaticus sum,* dicitur de hominibus morbo comitiali laborantibus atque, quemadmodum genios malos huius morbi auctores habebat Judaeorum superstitio, ita crescente luna augeri et crescere hoc malum iidem opinabantur. Bis in N. T. Matth. IV, 24. XVII, 15. „Morbus comitialis est convulsio totius corporis cum principalium actionum laesione. — Fit haec affectio maxime in pueris [morbus puerilis], postea vero etiam in adolescentibus et in vigore consistentibus. Instante vero etiam symptomate collapsio ipsis derepente contigit et convulsio et quandoque nihil significans exclamatio [ἐξαίφνης κράζει Luc. IX, 39.]. Praecipuum vero ipsorum signum est oris spuma [ἀφρίζει Luc. IX, 39. Marc. IX, 18. 20.]." Paulus Aeginet. 3. 13. — „Alii [epileptici] publicis in locis cadendo foedantur, adiunctis etiam externis periculis, loci causa praecipitis dati aut in flumina vel mare cadentes." Cornel. Aurelian. Morb. chron. I, 14. (Manetho. IV, 216.)

Σεμεΐ, *Semei* vel *Simei,* hebr. שִׁמְעִי, nomen propr. viri hebr. Luc. III, 26.

Σεμίδαλις, εως, ἡ, *simila, similago* i. e. *flos farinae triticae, das feinste Weitzenmehl.* Extat tantum Apoc. XVIII, 13. LXX pro סֹלֶת Gen. XVIII, 6. קֶמַח 1 Sam. I, 24. (Siracid. XXV (XXXII), 2. XXXVIII, 11. Jos. Ant. III, 9. 4.) —

Σεμνός, ή, όν, (a σέβομαι, veneror; venerandus Diod. Sic. XIII, 102. 2 Macc. VI, 11. VIII, 15. Xen. Mem. I, 2. 24.) *honestus,* ita de factis Phil. IV, 8. — de personis 1 Tim. III, 8. 11. Tit. II, 2. (Polyb. XXXIX, 3. 1. Herodian. I, 2. 6. Aeschin. Dial. Socr. III, 12.) Saepius non legitur in N. T.

Σεμνότης, τητος, ἡ, (a σεμνός quod v. sanctitas, reverentia, Ehrwürdigkeit 2 Macc. III, 12.) *gravitas, honestas,*

Würde, *Ernst*. Ter in N. T. 1 Tim. II, 2. III, 4. τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος pro: ἐν ὑποταγῇ καὶ πάσῃ σεμνότητι, vid. μετά p. 79. — Tit. II, 7. (Diod. Sic. IV, 42. Aelian. V. H. II, 13. Xen. Cyr. VIII, 3. 1.]

Σέργιος, ου, ὁ, *Sergius*, nom. propr. proconsulis romani, Sergii Pauli, quem Cyprum administrantem ad Christianorum sacra adduxerat Paulus et Barnabas Act. XIII, 7.

Σερούχ, e lect. vulg. σαρούχ, nom. propr. viri hebr. שְׂרוּג Gen. XI, 20. — Luc. III, 35.

Σήθ, ὁ, *Seth*, hebr. שֵׁת, nom. propr. filii tertii Adami Luc. III, 38.

Σήμ, ὁ, *Sem*, hebr. שֵׁם, nom. propr. filii secundi Noachi Luc. III, 36.

Σημαίνω, f. σημανῶ, aor. 1. ἐσήμανα, [quae forma aor. 1. legitur etiam Xen. H. G. II, 1. 28. pro: ἐσήμηνα Herodot. I, 43 Plato Cratyl. 17. cf. *Buttm*. §. 90, 4. not. 2. gram. max. Vol. I. §. 101, not. 5. p. 453. *Matthiae* §. 185. p. 328. *Lobeck* ad Phryn. p. 24 *Fischer* ad Well. T. II. p. 376. — a σῆμα, signum, signum do Herodot. VIII, 11. Polyb. I 50 8.] *significo*, i. e. *doceo*, *andeuten*, *anzeigen*. Sexies in N. T. a) sq. orat. indirecta, indicat habente [vid. sub πῶς adnotata] Joh. XII, 33. XVIII, 32. XXI, 19 — b) sq. accus. c. inf. Act XI, 28. — c) sq. accus. rei Act. XXV, 27. (Jos. Ant. VII, 6. 3 Xen. apol. Socr. §. 12 τινί τι Jos. Ant. VII, 9. 7. Xen. Cyr. IV 2. 27.) — d) absol. Apoc. I, 1. — LXX pro הִגִּיד Esth. II, 22. —

Σημεῖον, ου, τό, = σῆμα, *signum*, *das Zeichen* i. e. nota, qua cognoscitur res vel persona aliqua a) universe, i. e. nota, qua persona vel res *ipsa*, de qua agitur, cognoscitur vel ab aliis personis aut rebus dignoscitur = *Kennzeichen*, [ita de signis militaribus Herodian. IV, 11. 8. Thuc. IV, 111.] Matth. XXVI, 48. — 1 Cor. XIV, 22. αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν — τοῖς ἀπίστοις, scil. ὅτι ὁ θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι coll. v. 25. vel, ut aliis videtur: ὅτι μαίνεσθε coll. v. 23. — Rom. IV, 11. σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς *accepit notam* [scil. τῆς διαθήκης ἀνὰ μέσον θεοῦ καὶ αὐτοῦ coll. LXX Gen. XVII, 11.], *nempe circumcisionem* = σημεῖον ἔλαβε περιτομήν, ut habent codd. nonnulli, vid. *Griesb*. ad h. l. — — b) nota, qua *qualitas*, rei vel personae cognoscitur aa) universe, ut τῶν καιρῶν Matth. XVI 3. — bb) qua αὐθεντία, ἐξουσία vel veritas rei cognoscitur = *documentum*, *Wahrzeichen*, *Beweiss*, ut τοῦ ἀποστόλου i. e. *ea*, *quae argumento sunt*, *esse aliquem apostolum* 2 Cor. XII, 12. — τοῦτο — σημεῖον i. e. *vera esse*, *quae annuntio vobis*, *cognoscetis ex his* Luc. II, 12. ὅ ἐστι σημεῖον scil. a me exaratam esse epistolam 2 Thess. III, 17.—

τί — ποιεῖς, concise pro: *τί σημεῖον δεικνύεις ὑμῖν, ὅτι ἐξουσίαν ἔχεις, ταῦτα ποιεῖν* Joh. II, 18. — VI, 30. (Theophr. char. 30, vel 28, 3. Aeschin. 41, 35. Isaeus 362, 4. Xen. Symp. VIII, 34.) — — c) nota, qua cognoscitur potentia et maiestas divina. Cuius specimina vel documenta cum edi dicerentur, ubi magnum, insolitum, inauditum aliquid evenire diceretur, admirationem, imo terrorem incutiens hominum animis, factum est, ut vocabulo *σημεῖον* tum *prodigii*, tum *miraculi* notio sese adiungeret a) propr. aa) de rebus *α*) ubi Deus ipse *ποιεῖν, ποιῆσαι* dicitur *σημεῖα διά τινος* *αα*) universe, et iunctum c. *τέρατα, δυνάμεις* [*σημεῖα καὶ τέρατα* habent etiam Aelian. V. H. XII, 57. Polyb. III, 112. 8.], ut Act. II, 22. XV, 12. — dicuntur etiam *σημεῖα γίνεσθαι διά τινος* Act. II, 43. IV, 30. V, 12. XIV, 3. XV, 12. — *σημεῖον ἰωνᾶ*, concise pro: *σημεῖον ὅμοιον τῷ σημείῳ ἰωνᾶ* i. e. *simile illi, quod patravit Deus in Jona* vel *quo ornatus est Jonas* Matth. XII, 39. XVI, 4. Luc. XI, 29. — *ββ*) ubi portenta vel prodigia edi dicuntur moderamine Dei, e quibus cognoscitur, magni et insoliti aliquid proxime eventurum esse = *Vorzeichen, Anzeichen*, addito vel *ἐν τῷ οὐρανῷ* Matth. XXIV, 30. Apoc. XII, 1. 3. XV, 1. vel *ἐν ἡλίῳ, ἐν σελήνῃ, ἐν ἄστροις* Luc. XXI, 25. — iungitur c. vocc. synonymis, ut *φόβητρα ἀπ' οὐρανοῦ* Luc. XXI, 11. *τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς* Act. II, 19. — *γγ*) sq. genit. rei, ut *τῆς σῆς παρουσίας* Matth. XXIV, 3. — sq. *ὅταν* i. e. *τοῦ χρόνου, ὅταν* Marc. XIII, 4. Luc. XXI, 7. — — *β*) ubi sermo est de miraculis a Jesu vel ab apostolis Jesu patratis i. e. de factis, quae, instructos eos fuisse viribus vires humana longe superantibus, documento essent Marc. XVI, 17. 20. Joh. II, 11. 23. III, 2. IV, 54. VI, 2. 14. 26. 30. VII, 31. IX, 16. X, 41. XI, 47. XII, 18. 37. XX, 30. Act. IV, 16. 1 Cor. I, 22. — Matth. XII, 39. XVI, 4. Marc. VIII, 12 bis. Luc. XI, 29 bis. XXIII, 8. — *θέλομεν — ἰδεῖν* i. e. vel *θέλομεν παρὰ σοῦ* [wir verlangen von dir], *σημεῖον ἰδεῖν* vid. *ἀπό* p. 118. vel: *θέλομεν, ἀπὸ σοῦ* [i. e. sponte tua peragas miraculum, ita *Fritzsche* IV Evv. I. p. 443.] *σημεῖον ἰδεῖν* Matth. XII, 38. — *σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ* vel *ἐξ οὐρανοῦ* = *miraculum de coelo desumtum, de coelo conspicuum* Matth. XVI, 1. Marc. VIII, 11. Luc. XI, 16. Vid. *ἐκ* p. 454. item *ἀπό* p. 110. et *Fritzsche* l. l. p. 526. — *τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως* i. e. *quod cernitur in sanatione* vel: *hoc miraculum, nempe hanc sanationem* Act. IV, 22. — iunctum c. *τέρατα, δυνάμεις* Joh. IV, 40. Act. VI. 8. VII, 36. VIII, 6. 13. Rom. XV, 19. 2 Cor. XII, 12. Hebr. II, 4. — — bb) de personis, quae i. e. *quarum sors* divinae maiestatis et potentiae cognoscendae ansam praebuit vel quarum sortem documentum esse voluit Deus maiestatis et potentiae suae, ut *οὗτος κεῖται — εἰς σημεῖον* [ex hebr. = *σημεῖον* vid. *εἰς*

p. 434.] ἀντιλεγόμενον Luc. II, 34. ἰωνᾶς — νινευΐταις Luc XI, 30. — — b) nota, qua potestas et vis, inhaerens alicui, cognoscitur, insoliti notione inclusa = *miraculum, prodigium* Apoc. XIII, 13. 14. XVI, 14. XIX, 20. — c. τέρατα Matth. XXIV, 24. Marc. XIII, 22. 2 Thess. II, 9. — Saepius non extat in N. T.

Σημειόομαι, οῦμαι, med. (a σημειόω signo, signis distinguo Polyb. III, 39. 8. med.) *noto mihi aliquid, ich zeichne mir etwas an*, sq. accus. pers., ita semel in N. T. 2 Thess. III, 14. εἰ δέ τις — τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, vel, si interpunxeris τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, *huius nomen vobis adnotate, litteris ad me dandis illud mihi indicaturi.* (Polyb. XXII, 11. 12. Philo de Jos. p. 560 A.)

Σήμερον, adv. *hodie*, a) nude positum aa) propr. Matth. VI, 11. 30. XVI, 3. XXI, 8. XXVII, 19. Marc. XIV, 30. Luc. II, 11. IV, 21. V, 26. XII, 28. XIX, 5. 9. XXII, 34. XXIII, 43. XXIV, 41. Act. IV, 9. XIII, 33. XVII, 32. 33. XXII, 3. XXIV, 21. XXVI, 2. 29. XXVII, 33. Hebr. I, 5. III, 7. 13. 15. IV, 7. V, 5. — ἕως σήμερον 2 Cor. XIII, 15. — (Herodian. VII, 5. 11.) — bb) formulae notandae α) σήμερον καὶ αὔριον, *hodie et cras* Jac. IV, 13. — pro. *per breve tempus* Luc. XIII, 32. 33. — β) ἰησοῦς — αἰῶνας, quibus vv. Jesus semper idem futurus vel semper eadem futura et duratura esse dicitur vis doctrinae Jesu Hebr. XIII, 5. — b) praefixo articulo: ἡ σήμερον, aa) *dies hodiernus*, α) addito ἡμέρα Act. XX, 26. — β) absque ἡμέρα, in formula, e dicendi ratione vitae communis explicanda: ἄχρι vel ἕως vel μέχρι τῆς σήμερον, *ad nostra usque tempora* Matth. XI, 23. XXVII, 8. XXVIII, 15. Rom. XI, 8. 2 Cor. III, 14. 15. LXX pro הַיּוֹם Gen. IV, 14. XXI, 26. XXII, 14. — β) *res hodie gesta*, nos: *das Heutige, das heute Vorgefallene* Act. XIX, 40. Saepius non legitur in N. T.

Σήπω, f. ψω, *putrefacio*, med. σήπομαι *putrefio* et perf. 2. σέσηπα *putrefactus sum* [cf. *Buttm.* §. 88, a. 3. gram. max. Vol. I. §. 97. p. 427. Vol. II. §. 113, not. 5. p. 50. §. 114. p. 228.] Semel in N. T. Jac. V, 2. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε = *periit* LXX pro מָקַק Ps. XXXVIII, 5. (Aelian. V. H. XII, 40. Dionys. Halic. Ant. V, 13. Xen. Oecon. XIX, 11.)

Σηρικός, ή, όν, (a σήρ, vermiculus, illatus a Seribus, qui net sericum) *sericus*. Legitur tantum Apoc. XVIII, 12. σηρικόν, *serica*, i. e. *seidene Waaren*. (Joseph. de bell. iud. VII, 5. 4.) cf. *Winer* bibl. Realw. p. 629.

Σής, τός, ὁ, *tinea, Kleidermotte*. Ter in N. T. Matth. VI, 19. 20. Luc. XII, 33. LXX pro סָס Jes. LI, 6. עָשׁ Job. IV, 19. (Theophr. H. Pl. I, 16.)

Σητόβρωτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex σής, tinea et βιβρώσκω comedo) *a tineis corrosus*. Semel in N. T. *ἱμάτια — σητόβρωτα* Jac. V, 2. LXX pro עָשׁ אֲכָלוֹ Job. XIII, 28. (Horat. Sat. II, 3. 119. „*tinearum epulae*.")

Σθενόω, ῶ, f. ώσω, (a σθένος, robur) *roboro, robur addo*. Semel in N. T. 1 Petr. V, 10. cf. de h. l. optativo σθενώσαι, *robur addat*, et quatenus eius loco codd. habeant fut. σθενώσει *Griesb*. ad h. l. item de optativo καταρτίσαι, alternante apud *Griesb*. c. futuris σθηνώσει, στηρίξει *Fritzsche* diss. II. p. 88. item p. 81—83. —

Σιαγών, όνος, ἡ, *mala, maxilla*. Bis in N. T. Matth. V, 39. Luc. VI, 29. LXX pro לְחִי Mich. V, 1. (Athen. III, p. 94. E. Xen. de re eq. I, 8.)

Σιγάω, ῶ, f. ήσομαι (a σιγή, silentium) 1) *taceo, conticeo, ich schweige* Luc. IX, 36. XX, 26. Act. XII, 17. XV, 12. 13. 1 Cor. XIV, 28. 30. 34. LXX pro הֶחֱרִישׁ Exod. XIV, 14. הַסּוּ Amos. VI, 10. (Polyb. IX, 13. 2. Xen. Mem. III, 5. 6.) — 2) transit. *celo*, pass. *σιγάομαι*, ῶμαι, *celor, taceor* Rom. XVI, [XIV], 25. μυστήριον — σεσιγημένον. LXX ita pro הֶחֱרִישׁ Ps. XXXII, 3. Saepius non extat in N. T.

Σιγή, ῆς, ἡ, (a σίζω, silentium impero, Usch oder St. sagen) *silentium*. Bis in N. T. Act. XXI, 40. Apoc. VIII, 1.— (Sapient. XVIII, 14. Xen. Cyr. VII, 1. 25.)

Σίδηρος, ου, ὁ, *ferrum*. Semel in N. T. Apoc. XVIII, 2. LXX pro בַּרְזֶל Gen. IV, 21. (Aelian. V. H. III, 18. Dem. 645, 16. Xen. Cyr. I, 3. 23.)

Σιδηροῦς, ᾶ, οῦν, *ferreus* Act. XII, 10. πύλην τὴν σιδηρᾶν. Apoc. II, 27. IX, 9. XII, 5. XIX, 15. LXX pro בַּרְזֶל Levit. XXVI, 19. (Polyb. XVIII, 8. 2. Xen. Anab. V, 4. 13 et Cyr. VI, 1. 30. Dem. 778, 20.) Saepius non legitur in N. T.

Σιδών, ῶνος, ἡ, *Sidon*, urbs celeberrima Phoeniciae, sita ad mare mediterraneum, portu gemino instructa, opulentissima et munitissima, coloniarum multarum mater, tribui Ascher assignata quidem, nunquam tamen ab ea expugnata. Uti mercatura floruit illa, ita omnis generis artificibus abundabat. Postquam seculo undecimo ante Chr. Tyro subiecta fuerat, a Nabuchodonosaro expugnata primum Babyloniis, tum Persis paruit. Libertatem quidem Sidon recuperavit, neque tamen Alexandri Ochi viribus resistere potuit, qui ao. 350. a. Chr. captam delevit. Urbis postea restitutae cives uti in Alexandri M. fidem sese receperunt, ita post huius mortem nunc Aegyptiorum nunc Syriorum imperio subiecti fuerunt. Nomen denique Sidon, quod Gen. X, 15. a צִידוֹן filio Canaanis primogenito derivatur, ductum esse monet Justin. XVIII, 3. a piscium ubertate; hodie *Said* appellatur. Cf. Joseph Arch. V, 1. V, 2. Diod. Sic. V, 20. XVI, 40. Hom. Iliad. XXIII, 744. VI, 289. idem Odyss. XV, 415. — Gen. X, 15. 19. XLIX, 13.

Jos. XIX, 26. 28. Judd. I, 31. — Commemoratur in N. T. Matth. XI, 21. 22 sqq. XV, 21. Marc. III, 8. VII, 24. 31. Luc. VI, 17. X, 13. 14. Act. XXVII, 3.

Σιδώνιος, ου, ὁ, (a σιδών) *Sidonius*. Luc. IV, 26. Act. XII, 20. (Jos. Ant. XVII, 12. 1.)

Σικάριος, ου, ὁ, *Sicarius*, vox originis latinae, orta a sica i. e. gladio breviore, facile sub veste occultando, quo cum uterentur, qui clam et insidiose interficere alios conarentur, factum est, ut sicarius diceretur homicida clancularius, *Meuchelmörder*, *Bandit*. Extat tantum Act. XXI, 38. τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων. Cf. Jos. Arch. XX, 6. 7. Cicer. pro Rosc. Amer. c. 5. 32. 35.

Σίκερα, τό, *sicera*, vox ἄκλιτος, habet tamen Euseb. Praeparat. ev. 6, 10. Genit. σίκερος. Semel in N. T. Luc. I, 14. LXX pro שֵׁכָר Levit. X, 9. Num. VI, 3. Appellatur hoc nomine potus inebrians, vinum arte paratum, atque effici solitum apud Orientis populos e dactylis et succo palmarum. Cf. Plin. H. N. XIV, 19. *Winer* bibl. Realw. p. 742.

Σίλας, α, ὁ, *Silas*, etiam **Σιλουανός**, οῦ, ὁ, *Silvanus*, nom. propr. viri, qui comes et socius fuit Paulo in itineribus per Asiam minorem et Graeciam factis. Prior forma reperitur Act. XV, 22. 27. 33. 34. 40. XVI, 19. 25. 29. XVII, 4. 10. 14. 15. XVIII, 5. posterior 2 Cor. I, 19. 1 Thess. I, 1. 2 Thess. I, 1. 1 Petr. V, 12.

Σιλουανός, οῦ, ὁ, v. σίλας.

Σιλωάμ, ὁ, *Siloam*, hebr. שִׁילֹחַ, nomen fontis ad radicem montis Sion. Ex hoc fonte ducti erant rivi duo in duas piscinas maiores, quarum altera superior vel piscina Salomonis, altera inferior dicebatur. Salubres fuisse aquas huius fontis, intelligitur ex Joh. IX, 7. Luc. XIII, 4. (Joseph. de bell. iud. V, 4. 1.)

Σιμικίνθιον, vel σημικίνθιον, ου, ὁ, *Semicinctium*, *Schürze*, *Vortuch* i. e. tegumentum linteum, quo anteriores corporis partes opifices cingere solebant. Ductum est hoc vocab. a Lat. semi et cingo. Legitur tantum Act. XIX, 12.

Σίμων, ωνος, ὁ, *Simon*, hebr. שִׁמְעוֹן, nom. propr. 1) *Petri Apostoli*, qui fuit filius Jonae, frater Andreae et qui nunc σίμων βὰρ ἰωνᾶ Matth. XVI, 17. nunc σίμων ὁ πέτρος Matth. IV, 18. X, 2. XVI, 16. nunc σίμων appellatur Matth. XVII, 25. Act. X, 5. — 2) *fratris Judae Lebbaei*, Apostoli, qui nominatur nunc Simon Cananites, nunc ζηλώτης Matth. X, 4. Marc. III, 18. Luc. VI, 15. Act. I, 15. — 3) *fratris Judae*, consanguinei, ἀδελφοῦ Jesu Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3. — 4) *viri Cyrenaici*, qui crucem Jesu gestavit Matth. XXVII, 32. — 5) *Simonis Magi* Act. VIII, 9. 13. — 6) *patris Judae Iscariotae* Joh. VI, 71. XII, 4. XIII, 26. —

7) *Pharisaei cuiusdam* Luc. VII, 40. 43. 44. — 8) *leprosi* olim Matth. XXVI, 6. — 9) *coriarii cuiusdam caesariensis* Act. IX, 43. X, 6. 17. 32.

Σινᾶ, ὁ, *Sina, Sinai*, hebr. סִינַי, mons in desertis Arabiae situs, legis mosaicae promulgatione celeberrimus, duplex habens cacumen, cuius alterum idque altius חוֹרֵב, hodie Catharinenberg, alterum depressius סִינַי, hodie Mosesberg vel Sinai appellatur. Cf. Exod. XIX, 11. 23. XXIV, 16. Memoratur in N. T. Act. VII, 30. 38. Gal. IV, 24. 25.

Σίναπι, εως, τό, *Sinapi*, *Senf*, genus plantarum in nostris quoque oris obvium, in terris vero orientalibus atque Americae ad arboris minoris magnitudinem excrescens Matth. XIII, 31. XVII, 20. Marc. IV, 31. Luc. XIII, 19. XVII, 6. (Uti Atticis dictum esse νάπυ Grammatici veteres monuerunt, ita Diocles. Athen. II, 78. σίναπυ. Archipp. Com. Athen. IX, 68. 498. σινάπεως Nicet. Annal. XVII, 5. 337. σίνηπι Artemid. V, 5. legi, ex observationibus *Lobeckii* ad Phryn. p. 288. intelligitur.)

Σινδών, όνος, ἡ, *Sindon*, (i. e. linteum subtile textum, vox originis incertae, aliis a Sidoniis, aliis ab hebr. סָדִין, aliis e lingua aegyptiaca derivantibus) metonym. *amiculum ex lino subtiliter texto confectum*, linteum tenue, maius, quadratum, quo Orientales maxime aestate et noctis tempore uti solebant Marc. XIV, 51. 52. et quo involvebantur etiam mortuorum corpora Matth. XXVII, 59. Marc. XV, 46. Luc. XXIII, 53. LXX pro סָדִין Prov. XXXI, 24. Judd. XIV, 12. (Herodot. II, 86.) cf. *Winer* bibl. Realw. p. 382. 383. 507.

Σινιάζω, f. άσω, (a σίνιον vannus. Esse hoc voc. serioris aetatis, docet *Passow* II. p. 675.) *cribro*, i. e. *cribro et vanno agito.* Semel in N. T. Luc. XXII, 31. ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ συνιάσαι ὡς τὸν σῖτον Sens. *tradi Satanas vos sibi voluit, ut exploret fidem vestram.* Vanno enim dum agitatur triticum, grana remanent, sordes et paleae excidunt, ita Satanas explorabit vos, num granis, an paleae similes sitis.

Σιτευτός, ή, όν, *saginatus*, (a σιτεύω, ducto a σῖτος triticum, frumentum.) Ter in N. T. μόσχος σιτευτός Luc. XV, 23. 27. 30. Ita LXX pro עֵגֶל מַרְבֵּק Jerem. XLVI, 21. אֲבוּס 1 Regg. IV, 23. [V, 3.] (Polyb. XXXIX, 2. 7. Xen. Anab. V, 4. 28 vel 32.

Σιτίον, ου, τό, (cibus frumentaceus Aelian. V. H. V, 1. Polyb. VIII, 37. 1.) *frumentum.* Semel in codd. σιτία pro σῖτα Act. VII, 12.

Σιτιστός, ή, όν, (a σιτίζω, ducto a σῖτος) *saginatus, altilis.* Extat tantum Matth. XXII, 4. — (Joseph. Arch. VIII, 2. 4. Athen. IX. p. 384. XIV. p. 656. C.)

Σιτομέτριον, ου, τό, (a σῖτος triticum, frumentum et μετρέω metior) *demensum frumenti, certa frumenti mensura.* Extat tantum Luc. XII, 42. τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. (Basil. Epist. 393. 404. Nazianz. Orat. II, 29. σιτομετρία Diod. Sic. II, 41.) Serioris aetatis esse hoc vocabulum, exempla docent laudata et *Lobeck* ad Phryn. p. 383.

Σῖτος, ου, ὁ, et plural. τὰ σῖτα, [ita semel Act. VII, 12. vid. tamen σιτίον] *triticum, frumentum* Matth. III, 12. συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ. XIII, 25. ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου. v. 29. 30. Marc. IV, 28. Luc. III, 17. XVI, 7. XXII, 31. Joh. XII, 24. Act. VII, 12. XXVII, 38. (Aelian. V. H. VI, 12. Polyb. V, 1. 11.) LXX pro בַּר Joel. II, 24.

Σιχάρ v. συχάρ.

Σιών, ὁ, *Sion*, hebr. צִיּוֹן, nom. propr. quo sensu latiore insigniuntur colles, quibus superstructa erat Hierosolyma, sensu augustiore eodem nomine significatur unus ex his collibus isque ceteris superior, in quo exstructa erat arx Davidis et Hierosolyma superior Joseph. de bell. iud. VI, 6.— Legitur σιών in N. T. Matth. XXI, 5. Joh. XII. 15. Rom. IX, 33. XI, 26. Hebr. XII, 22. 1 Petr. II, 6. Apoc. XIV, 1.

Σιωπάω, ῶ, f. ήσομαι, *sileo, taceo,* (a σιωπή, silentium) a) propr. Matth. XX, 31. XXVI, 63. Marc. III, 4. IX, 34. XIV, 61. Luc. I, 20. XVIII, 39. 40. Act. XVIII, 9. — LXX pro הַסָּה Nehem. VIII, 11. חָשָׁה Jes. XLII, 14. דָּמַם Amos. V, 13. (Plut. apophth. Archel. Mor. II. p. 14. Antigon. ibid. p. 31. ed. *Tauchn.* Aelian. V. H. II, 2. Xen. Cyr. I, 4. 3.) — b) metaph. de mari sedando Marc. IV, 39. (Anthol. gr. T. I. p. 169. ed. *Jacobs.* „prius totum sileat mare" Valer. Flacc. VIII. v. 452.)

Σκανδαλίζω, f. ίσω, 1) *facio, ut offendat vel impingat aliquis,* metaphor. pro: *facio, ut peccet aliquis, ad peccandum sollicito.* Pass. σκανδαλίζομαι, *offendo, impingo* i. e. *ad peccandum sollicitor* a) universe, sq. accus. Matth. V, 29. XVIII, 6. 8. 9. Marc. IX, 42. 43. 45. 47. Luc. XVII, 2. Rom. XIV, 21. 1 Cor. VIII, 13. (ἔν τινι = per aliquid Sirac. XXXV, 15.) — b) de iis, qui hactenus ad peccandum sollicitant aliquem, quatenus ad deserendum alium incitant eum, ubi σκανδαλίζομαι, verti potest: *ad deficiendum abripior, ad deserendum aliquem sollicitor, deficio, desero,* a. 1. p. ἐσκανδαλίσθην et fut. 1. p. σκανδαλισθήσομαι, signif. media [vid. sub προσκολλάω observata] de hominibus, qui abripi se patiuntur ad deserendum aliquem Matth. XIII, 21. coll. Marc. IV, 17. Joh. XVI, 1. — Matth. XXIV, 10. Aliter *Fritzsche* IV Evv. I. p. 703. σκανδαλισθήσονται explicans: *offendentur, ut ad idem abripi se sinant flagitium,* sc. ut in se invicem saeviant. — c) de iis, qui faciunt, ut inique et sinistre statuat aliquis de aliquo Matth. XVII, 27. ἵνα μὴ

σκανδαλίσωμεν αὐτούς. — **σκανδαλίζομαι ἔν τινι**, *ich stosse mich an etwas, ich nehme einen Anstoss an Jemandem* [vid. ἐν p. 517 fin.] = *offendor sorte alicuius, ita, ut perperam et inique de eo statuam et ab eo deficiam* Matth. XI, 6. XIII, 57. XXVI, 31. 33. Marc. VI, 3. XIV, 27. 29. Luc. VII, 23. — 2) *offendo aliquem*, i. e. *male aliquem habeo, facio, ut indignetur aliquis*, σκανδαλίζομαι, *indignor* Matth. XV, 12. *ἐσκανδαλίσθησαν*. Joh. VI, 61. *τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει*. 2 Cor. XI, 29. (*ἔν τινι* materiam indignandi habeo in aliqua re = indignor propter aliquid Sirac. IX, 5.) Saepius non legitur in N. T.

Σκάνδαλον, ου, τό, *offendiculum, offensio, id, in quo impingit aliquis* a) propr. *πέτρα σκανδάλου*, *rupes, in qua offendunt homines*, i. q. *λίθος προςκόμματος* Rom. IX, 33. 1 Petr. II, 8. vid. *πρόςκομμα*. Ita צוּר מִכְשׁוֹל Jes. VIII, 14.— b) metaph. aa) *peccandi occasio* α) propr. Matth. XVI, 23. quo loco pro *σκάνδαλόν μου εἶ*, e codd. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 543. edidit *σκάνδαλον εἶ ἐμοί*. — Matth. XVIII, 7. Luc. XVII, 1. — *τιθέναι σκάνδαλόν τινι*, item *βάλλειν σκάνδαλον ἐνώπιόν τινος* [propr. einem oder vor Einem etwas hinstellen, damit er sich daran stösst und, nach Befinden, darüber fällt, trop. pro:] *facere, ut peccet aliquis* Rom. XIV, 13. Apoc. II, 14. — 1 Joh. II, 10. Ita מִכְשׁוֹל Ezech. VII, 19. XIV, 3. Ps. CXIX, 165. — β) de personis Matth. XIII, 41. quo loco per epexegesin additur: *καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν*. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 473. — bb) *id, quod, ut sinistre vel inique statuam, ansam praebet* Rom. XVI, 17. — cc) *causa indignationis* 1 Cor. I, 23. Gal. V, 11. — dd) *causa* vel *auctor perniciei* Rom. XI, 9. (Judith. XII, 2. Sirac. XXVII, 23. 1 Macc. V, 4.) Ita LXX pro מוֹקֵשׁ Ps. LXIX, 23. Saepius non legitur in N. T.

Σκάπτω, f. *σκάψω*, *fodio*. Ter in N. T. Luc. VI, 48. Vide ad h. l. supra sub *βαθύνω* observata. — Luc. XIII, 8. XVI, 3. *σκάπτειν οὐκ ἰσχύω*. (Herodian. IV, 7. 6. Lucian. Tim. §. 7. Aesop. fab. 22. Xen. Oecon. XVI, 14. Aristoph. Av. 1430. *σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι*.) LXX pro עָדַר Jes. V, 6.

Σκάφη, ης, ἡ, *scapha, cymba*, (a *σκάπτω* quod vid.) Ter in N. T. Act. XXVII, 16. 30. 32. (Plut. apophth. Philipp. Mor. II. p. 27. ed. *Tauchn.* Polyb. I, 23. 7. Dionys. Hal. Ant. III, 44.)

Σκέλος, εος, ους, τό, et plur. **τὰ σκέλη**, *crus* i. e. *quicquid a coxendicis osse usque ad extremos pedis digitos pertinet.* Ter in N. T. Joh. XIX, 31. 32. 33. — LXX pro כְּרָעַיִם Amos. III, 12. (Aesop. fab. 129. Polyb. I, 80. 13. Xen. Anab. IV, 2. 20. Aristot. H. An. I, 15.)

Σκέπασμα, τος, τό, (a σκεπάζω tego) *tegumentum*. Extat tantum 1 Tim. VI, 8. — (Aristot. Polit. VII, 17.)

Σκευᾶς, ᾶ, ὁ, *Sceva*. Nomen propr. viri iudaei, principis sacerdotum Act. XIX, 14.

Σκευή, ῆς, ἡ, (apparatus, quo quis instructus est, ut apparatus bellicus Diod. Sic. XI, 71. vestes Herodian. VI, 4. 11. Xen. Anab. IV, 7. 27.) *utensilia*. Legitur tantum Act. XXVII, 19. — (de supellectile Polyb. II, 6. 6.)

Σκεῦος, ους, τό, 1) *vas* a) propr. Marc. XI, 16. Luc. VIII, 16. Joh. XIX, 29. Act. X, 11. 16. — εἰς ἀτιμίαν, εἰς τιμὴν Rom. IX, 21. 2 Tim. II, 21. Vide de εἰς finali supra sub εἰς p. 433. — 2 Tim. II, 20 Hebr. IX, 21. Apoc. II, 27. XVIII, 12. LXX pro כְּלִי Exod. III, 22. (Aelian. V. H. XII, 8. Herodian. VI, 7. 16. Xen. Mem. I, 7. 5.) — b) *σκεύη ὀργῆς* et *σκεύη ἐλέους* [= vasa vel instrumenta, facta εἰς ὀργήν, εἰς ἔλεος] metaph. *homines, quibus poenas infligere, quibus benignum se exhibere decrevit Deus* Rom. IX, 22. 23. Cf. de hoc genit. usu *Winer* p. 76 sq. II. p. 59 sq. *Matthiae* §. 367. p. 681. — c) e dicendi ratione Judaeis usitata 1 Thess. IV, 4. uxor dicitur σκεῦος mariti. Cf. *Koppius* ad h. l. — d) comparatur corpus humanum σκεύει ὀστρακίνῳ, *vasi testaceo*, hinc fragili 2 Cor. IV, 7. unde sexus femineus, utpote virili debilior et infirmior, ἀσθενέστερον σκεῦος, *das schwächere Gebilde*, appellatur 1 Petr. III, 7. (fragilitatis notionem vocab. ὀστράκινον habere etiam apud Graecos, testis est Artemidor. VI, 25. θάνατος μὲν γὰρ εἰκότως ἐσήμανε τῇ γυναικὶ, τὸ εἶναι ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει.) — 2) *instrumentum utensile* a) propr. aa) universe de opibus, bonis, supellectile Matth. XII, 29. Marc. III, 27. — Luc. XVII, 31. — LXX ita pro כֵּלִים Gen. XXXI, 37. (Aelian. V. H. VI, 12. Herodian. II, 1. 2. Xen. Mem. I, 7. 2.) — bb) de instrumentis navis, ut *σκεῦος malum, der Mastbaum* Act. XXVII, 17. χαλάσαντες τὸ σκεῦος οὕτως ἐφέροντο. (Xen. Oecon. VIII, 12.) — b) metaph. de hominibus, quibus utitur aliquis ad consilia sua exsequenda, ut et nos: *Werkzeug* Act. IX, 15. σκεῦος ἐκλογῆς pro: ἐκλεκτόν μοί ἐστιν οὗτος. Vid. sub ἁγιωσύνη observata. — Ita LXX pro כְּלִי Jerem. L, 25. (Polyb. XIII, 5. 7. XV, 25. 2.) —

Σκηνή, ῆς, ἡ, 1) *tentorium, tabernaculum* a) de tabernaculo quocunque — aa) propr. Matth. XVII, 4. Marc. IX, 5. Luc. IX, 33. Hebr. XI, 9. LXX ita pro אֹהֶל Gen. XXVI, 25. סֻכָּה Gen. XXXIII, 17. (Aelian. V. H. IX, 3. Herodian. II, 11. 3. Xen. Cyr. II, 1. 25.) — bb) *αἱ αἰώνιοι σκηναί* = *sedes coelestes*, adiuncta felicitatis αἰωνίου notione Luc. XVI, 9. — b) de tabernaculo foederis, ad quod conventus sacri Hebraeorum habebantur vel de templo Hebraeorum

portatili aa) propr. *α*) universe Hebr. VIII, 2. 5. IX, 11. 21. XIII, 10. Ita אֹהֶל 1 Regg. I, 39. — additur *τοῦ μαρτυρίου* Act. VII, 44. XV, 5. Quo sensu haec vox addatur, vid. sub *μαρτύριον*. — *β*) de anteriore huius templi parte vel de sancto Hebr. IX, 2. 6. 8. — *γ*) de interiore huius templi portatilis parte, vel de sancto sanctorum Hebr. IX, 3. — bb) de templo, quod cum novis Hierosolymis coelitus demissum iri in terram tempore regni messiani putabant Judaei, ita *ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ* Apoc. XIII, 6. XXI, 3. vel *ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἐν οὐρανῷ* Apoc. XV, 5. — c) *ἡ σκηνὴ τοῦ μολοχ* i. e. *templum portatile Molochi* i. e. tentorium, quo continebatur simulacrum Molochi e levi et portatili materia fabrefactum, quod non magnum, sed exiguum erat, ut clam Mose et magistratibus insciis portari et ubi castra figerentur, in tentorii angulo occultari posset. Act. VII, 23 et *Kuinoel* ad h. l. (Ita *ἱερὰ σκηνή* Carthaginensium Diod. Sic. XX, 65. et apud Petron. 29. „praeterea grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula erant lares argentei positi.“ — 2) *domus* i. e. *familia*, ut *ἡ σκηνὴ δαβίδ* Act. XV, 16. coll. LXX Amos. IX, 11. — Saepius non extat in N. T.

Σκηνοπηγία, *ας*, *ἡ*, **scenopegia** i. e. ***tabernaculorum fixio.*** Semel in N. T. Joh. VII, 2. *ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν ἰουδαίων σκηνοπηγία* i. e. festum Judaeorum a tabernaculorum fixione appellatum. (2 Macc. I, 18.) Dicitur hoc festum hebr. חַג הַסֻּכּוֹת et apud LXX *ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας* Deut. XVI, 16. XXXI, 10. Zach. XIV, 16. 18. 19. *ἑορτὴ τῶν σκηνῶν* Levit. XXIII, 34. Deut. XVI, 13. Nomen traxit hoc festum a tabernaculis ex frondosis arborum ramis confectis exstructisque nunc in campis nunc in domuum tectis. Celebrabatur per dies septem, quorum primus uti sabbatum erat, ita septimum huius festi diem sabbatum excipiebat Levit. XXIII, 36. 43. Neh. VIII, 19. 2 Macc. X, 6. Joseph. Arch. III, 10. 4. Institutum erat tum in memoriam temporis, quo maiores Hebraeorum per XL fere annos in deserto Arabiae commorantes sub tentoriis degebant, tum in grati animi tesseram pro larga frugum collectione, unde nunc חַג סֻכּוֹת nunc חַג הָאָסִיף Exod. XXIII, 16. appellabatur. Uti moris erat, per horum dierum solemnia hilaritati sese dare et epulas instituere, ita lege olim praescriptum erat, ut primo die tredecim, secundo XII, tertio XI, quarto X, quinto IX, sexto VIII, septimo VII victimae offerrentur et quovis anno septimo per septem singulos huius festi dies lex Mosis praelegeretur Deut. XXXI, 10. 13. Neh. VIII, 18. His adiunxit serior aetas libationem aquae vino mixtae per singulos dies coniunctam cum sacrificio matutino. Sacerdos enim phialam auream aqua e fonte Siloam hausta implebat, quo facto per portam aquarum reversus ad altare clangentibus tubis et buccinis sese conferebat vinoque mixtam aquam post

disposita sacrificii membra super altari effundebat, in memoriam, ut videtur, magnae aquarum copiae, quam Deus Israelitis in itinere per desertum propinavit. Cf. *Noesselt* Opusc. theol. T. I. p. 52. *Kuinoel* Comment. T. III. p. 373 sq. Denique primo et octavo huius festi die omni labore et opera servili abstinere lex iubebat Levit. XXIII, 39. Num. XXIX, 12. 35. Cum sabbatum excipiens hoc festum ultimus esset ex omnibus diebus festis per anni totius decursum celebrandis, octavus scenopegiae dies imprimis sanctus habebatur. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 403.

Σκηνοποιός, οῦ, ὁ, (ex σκηνή quod v. et ποιέω) *tabernaculorum fabricator*, *Zeltmacher*. Semel in N. T. Act. XVIII, 3. (σκηνοποιΐα Polyb. VI, 28. 3. σκηνοποιέω Diod. Sic. III, 26.)

Σκῆνος, εος, ους, τό, *tabernaculum* metaph. de corpore humano, quod tentorii instar circumdat animum 2 Cor. V, 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. Cf. de genit. substantivi τοῦ σκήνους, synonymi vocis ἡ οἰκία, per epexegesin addito *Matthiae* §. 636. p. 1311. §. 367. p. 681. *Winer* p. 76 sq. p. 146 sq. II. p. 59 sq. *Gesen.* p. 676 sq. — 2 Cor. V, 4. (Aeschin. Dial. Socr. III, 5. Maxim. Tyr. dissert. 38. p. 396. Anthol. gr. T. XII. p. 30. ed. *Jacobs.* Clemens Alexandr. Stromat. libr. V. p. 593. Sapient. IX, 15.)

Σκηνόω, ῶ, f. ώσω, (a σκῆνος quod v., tentorium figo Herodian. VI, 8. 17. Dem. 1257, 6.) *dego, versor, commoror.* Quinquies in N. T. a) sq. ἐν aa) c. dat. pers., ut ἐν ἡμῖν *in mediis nobis* i. e. *inter nos* Joh. I, 14. vid. ἐν p. 512 fin. — bb) c. dat. loci Apoc. XII, 12. XIII, 6. (Xen. Anab. V, 5. 11.)— LXX pro שָׁכַן sq. בְּ Judd. VIII, 11. — b) sq. ἐπί τινα Apoc. VII, 15. Vide ἐπί p. 589. — c) sq. μετά τινος *in medio alicuius* i. e. *inter* Apoc. XXI, 3. Vide μετά p. 75.

Σκήνωμα, τος, το, (a σκηνόω quod vid. tentorium Xen. Anab. II, 2. 17.) *domicilium*, τῷ θεῷ Act. VII, 46. Ita LXX pro מִשְׁכָּן Ps. CXXXII, 5. — de corpore humano animi domicilio 2 Petr. I, 13. 14. v. σκῆνος.

Σκιά, ᾶς, ἡ, 1) *umbra* a) propr, aa) universe Marc. IV, 32. Act. V, 15. — LXX pro צֵל Judd. IX, 15. 36. (Aelian. V. H. II, 14. Polyb. XVI, 12. 7. Xen. Mem. I, 6. 6.) — bb) σκιὰ θανάτου Matth. IV, 16. Luc. I, 79. Vide de his locis et quatenus inscitiae summae adumbrandae inserviant haec verba, supra sub θάνατος p. 708. adnotata et *Fritzsche* IV Evv. I. p. 184. (*umbra mortis* Ovid. Metam. V, 191. *umbra Erebi* Virg. Aen. IV, 26 et 404.) — b) metaph. pro: *adumbratio, Schattenriss,* ubi opp. τῷ εἰκόνι vel imagini perfectae vel σώματι Col. II, 17. Hebr. VIII, 5. — οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων X, 1. (Simi-

liter Cicer. de offic. III. c. 17. „Nos veri iuris *solidam et expressam effigiem* nullam tenemus, *umbra et imaginibus* utimur.") — Saepius non extat in N. T.

Σκιρτάω, ῶ, f. ήσω, *exsulto.* Ter in N. T. a) de foetu in utero matris se movente Luc. I, 41. 44. — (universe Pausan. IV, 32. 2. Aesop. fab. 4.) — b) de laetantibus Luc. VI, 23. χάρητε — καὶ σκιρτήσατε. (de tripudiantibus Herodian. IV, 11. 5.)

Σκληροκαρδία, ας, ἡ, (a σκληρός durus et καρδία) *durities animi, animus durus, pervicacia.* Ter in N. T. Matth. XIX, 8. coll. Marc. X, 5. — Marc. XVI, 14. LXX pro עָרְלַת לֵבָב Deut. X, 16. Jer. IV, 4. (Siracid. XVI, 10.)

Σκληρός, ά, όν, *durus* (a σκλῆναι inf. a. 2. verbi σκέλλω arefacio, durum facio; propr. i. e. tactui non cedens Xen. Mem. III, 10. 1.) metaph. a) *severus, immitis,* ut ἄνθρωπος Matth. XXV, 24. (Aristotel. Eth. IV, 8. Plut. T. IX. p. 37. ed. *Hutten.* Athen. II. p. 55. F.) — b) *vehemens,* ut ἄνεμος Jac. III, 4. (LXX Prov. XXVII, 16. Aelian. V. H. IX, 14. Arrian. Exped. Alex. M. I, 26. 3. II, 6. 3. Xen. Anab. IV, 8. 26.) — c) *molestus, ingratus, offendens,* ut ὁ λόγος Joh. VI, 60. LXX pro קָשָׁה Gen. XLII, 7. 30. (Polyb. IV, 21. 1. Cebet. Tab. c. 7. Xen. Mem. II, 1. 10.) — *improbi, impii* sens. Jud. v. 15. Ita LXX pro רָשָׁע Num. XVI, 26. — d) *noxius, detrimentum afferens* σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν Act. [IX, 5.] XXVI, 14. (Polyb. IV, 21. 5.) Saepius non extat in N. T.

Σκληρότης, τητος, ἡ, (a σκληρός) *durities,* τῆς καρδίας i. e. *pervicacia. Verstocktheit.* Extat tantum Rom. II, 5. Ita LXX pro קְשִׁי Deut. IX, 27.

Σκληροτράχηλος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a σκληρός et τράχηλος cervix) *duram cervicem habens* metaph. *pertinax, refractarius.* Semel in N. T. Act. VII, 51. LXX pro קְשֵׁה־עֹרֶף Deut. IX, 6. 13. מַקְשֶׁה עֹרֶף Prov. XXIX, 1.

Σκληρύνω, f. νῶ, (a σκληρός durus) 1) *durum facio,* sq. accus. metaph. *pervivacem facio aliquem.* σκληρύνομαι, *durus* i. e. *pervicax reddor* Act. XIX, 9. Hebr. III, 8. 13. 15. IV, 7. Ita LXX pro הִקְשָׁה Exod. VII, 3. הִקְשִׁיחַ Jes. LXIII, 17. (Sirac. XXX, 11.) — 2) *duriter tracto,* sq. accus. Rom. IX, 18. οὓς δὲ θέλει, σκληρύνει. Ita LXX ἀποσκληρύνω pro הִקְשִׁיחַ Job. XXXIX, 16.

Σκολιός, ά, όν, 1) *tortuosus, pravus* a) propr. de via Luc. III, 5. LXX pro עָקֹב Jes. XL, 4. (Sapient. XIII, 23. Heliodor. I, 6.) — b) metaph. pro: *perversus,* ut γενεά Act. II, 40. Phil. II, 15. LXX pro דּוֹר עִקֵּשׁ Deut. XXXII, 5. (Dem. 423, 3.) — 2) *difficilis* i. e. *morosus,* ita de heris 1 Petr. II, 18. Saepius non legitur in N. T.

Σκόλοψ, οπος, ὁ, (omne, quod acutum est, ut sudes Xen. Anab. V, 2. 5. Hom. Iliad. VII, 441. de spina Lucian. Ver. Hist. II. p. 682.) *dolor acutus* 2 Cor. XII, 7. ἐδόθη μοι σκόλοψ. Qui dolor num oriundus fuerit a conscientia malorum, cultoribus Jesu olim a se inflictorum, an a morbo, quo laboraret Paulus, non liquet.

Σκοπέω, ῶ, f. ήσω, (a σκοπός, speculator; speculor Xen. Anab. V, 1. 9.) 1) *video* i. e. seq. μή: *caveo* Luc. XI, 35. σκοπεῖ οὖν, μὴ — σκότος ἐστί. De quo indicat. post μή vid. μή p. 98. — Gal. VI, 1. σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς, cf. de h. l. coniunct. μή p. 98. (Xen. de mag. equit. VII, 15.) — 2) *intueor* i. e. *rationem habeo, respicio* 2 Cor. IV, 18. Phil. II, 4. (2 Macc. IV, 5. Xen. Cyr. I, 6. 8. Thuc. VI, 12.) — *attendendi* sens. Rom. XVI, 17. Phil. III, 17. — Saepius non legitur in N. T.

Σκοπός, οῦ, ὁ, (speculator, Schauer) *scopus, meta, das in der Ferne aufgesteckte Ziel.* Extat tantum Phil. III, 14. κατὰ σκοπὸν διώκω. LXX pro מַטָּרָה Job. XVI, 12. (Diod. Sic. IV, 16. Herodian. VI, 7. 18. Polyb. VII, 8. 9. Xen. Cyr. I, 6. 29.)

Σκορπίζω, f. ίσω, 1) *dissipo*, med. σκορπίζομαι, *dissipo me*, a. 1. pass. ἐσκορπίσθην signif. med. [cf. διακονέω], a) propr., sq. accus. Joh. X, 12. — sq. εἰς c. accus. loci Joh. XVI, 32. Vide de h. l. εἰς p. 417 fin. LXX pro הֵפִיץ 2 Sam. XXII, 15. Ps. XVIII, 14. (Joseph. Arch. VI, 6. 3. Plut. vit. Timoleont. c. 4. ἐσκορπίσθησαν φοβηθέντες. Strabo IV, p. 4 et 6. Aelian. V. H. XIII, 46. Artemid. I, 56. Lucian. Asin. 32. 1 Macc. VI, 54.) — b) *dilapidandi* sens. ubi opp. τῷ συνάγειν Matth. XII, 30. Luc. XI, 23. — 2) *largiter distribuo*, de beneficio 2 Cor. IX, 9. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι. Ita LXX pro פִּזַּר Ps. CXII, 9. — Esse hoc vocabulum Atticis insolens neque ante communis linguae incrementa extra ionicae dialecti fines evagatum, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 228. coll. *Passow* II. p. 694. *Plank* de vera natura et indole orat. graecae N. T. p. 55.

Σκορπίος, ου, ὁ, *scorpius* vel *scorpio*, nomen insecti, cancro admodum similis, quod in locis calidioribus sub lapidibus imprimis parietum latet et caudae, instructae vesicula continente succum venenatum, acumine pungens ita vulnerat, ut nisi opportune medela adhibetur, repentina mors sequatur. Est autem, qui in N. T. commemoratur scorpio, e genere afrorum. Quinquies in N. T. Luc. X, 19. XI, 12. Apoc. IX, 3. 5. 10. LXX pro עַקְרָב Deut. VIII, 15. (Aelian. H. Anim. X, 23. Siracid. XXVI, 7.)

Σκοτεινός, ή, όν, (a σκότος) *tenebricosus, obscurus.* Ter in N. T. Matth. VI, 23. Luc. XI, 34. 36. — LXX pro אֲפֵלָה

Prov. IV, 19. חֹשֶׁךְ Job. X, 21. מַחְשָׁךְ Ps. LXXXVIII, 7. (Cebet. Tab. c. 10. Lucian. Dial. Deorr. XX, 17. Xen. Mem. III, 10. 1.)

Σκοτία, ας, ἡ, 1) *tenebrae, caligo* a) propr. Joh. VI, 17. XX, 1. — περιπατεῖν ἐν τῇ σ. Joh. XII, 35. LXX pro חֲשֵׁכָה Mich. III, 6. אֹפֶל Job. XXXVIII, 3. (Eurip. Phoeniss. v. 346.) — b) metaph. *inscitia, vitiositas cum miseria ex utraque oriunda*, aa) propr. Ita in formulis: εἶναι ἐν τῇ σκοτίᾳ, μένειν ἐν τῇ σκοτίᾳ, περιπατεῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ Joh. VIII, 12. XII, 35. 46. 1 Joh. II, 9. 11. — 1 Joh. I, 5. σκοτία ἐν αὐτῷ sc. τῷ θεῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. 1 Joh. II, 8. ἡ σκοτία παράγεται. Ita חֹשֶׁךְ Job. XXXVII, 17. quo loco *Gesen.* in hebr. Wörterb. p. 503. sub עָרַךְ vertit: wir brächten nichts vor aus Unverstand. Vid. infr. σκότος. — bb) metonym. *is, qui versatur in ignorantia* Joh. I, 5 bis. — 2) *locus tenebricosus* Matth. X, 27. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί. Luc. XII, 3. Saepius non legitur in N. T.

Σκοτίζω, f. ίσω, (a σκότος) *tenebras offundo, obscuro*, σκοτίζομαι, *tenebris offundor, obscuror*, a) de astris, ut ὁ ἥλιος Matth. XXIV, 29. Marc. XIII, 24. Luc. XXIII, 45 et Apoc. IX, 2. — Apoc. VIII, 12. LXX pro חָשַׁךְ Hiphil. Job. III, 9. Cohel. XII, 2. (Polyb. XII, 15. 10.) — b) metaph. de mente vel animo Rom. XI, 10. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν. Rom. I, 21. ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Eph. IV, 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ. cf. *Matthiae* §. 400, 6. p. 731. *Winer* p. 84. — Saepius non legitur in N. T.

Σκότος, ου, ὁ, *tenebrae, caligo*. Legitur tantum Hebr. XII, 18. γνόφῳ καὶ σκότῳ. (Sophocl. Antig. 592. Eurip. Hecub. 1 et 825. Eurip. Phoen. 1540. Paus. IV, 8. 3.) — Magis atticum esse ὁ σκότος, quam τὸ σκότος *Porson* observavit ad Eurip. Hec. 825. *Passow* II. p. 695. *Winer* II. p. 23.

Σκότος, εος, ους, τό, *tenebrae, caligo* a) propr. aa) universe Matth. XXVII, 45. Marc. XV, 33. Luc. XXIII, 44. Act. II, 20. 1 Cor. IV, 5. τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους *tenebris abscondita, das im Finstern Verborgene.* [*Gesen.* p. 676. not. *Winer* p. 76. II. p. 59. *Matthiae* §. 367. p. 681.] — 2 Cor. IV, 6. Ita LXX pro חֹשֶׁךְ Gen. I, 2. 4. 5. 18. (Aelian. V. H. III, 18. Pausan. IV, 18. 4.) — bb) de loco tenebricoso ἐκβάλλειν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον Matth. VIII, 12. XXII, 13. XXV, 30. genit. τοῦ σκότους additur substantivo synonymo, ut intendat cf. *Matthiae* §. 636. p. 1311. *Gesen.* p. 671. 693. ut ζόφος τοῦ σκότους i. e. *caligo densissima*, ita de Orco 2 Petr. II, 17 et Jud. v. 13. — cc) de caligine oculos coeci tegente Act. XIII, 11. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος. (Eurip. Phoen. 388.) — b) metaph. aa) pro: *inscitia*,

vitiositas α) propr. Joh. III, 19. Act. XXVI, 17. Rom. II, 19.— XIII, 12 et Eph. V, 11. ἔργα τοῦ σκότους i. e. *facta flagitiosa.* 2 Cor. VIII, 14. 1 Thess. V, 4. 5. 1 Joh. I, 6.— Eodem sensu dicuntur οἱ ἐν σκότει καθήμενοι Matth. IV, 16 et Luc. I, 79 coll. Ps. CVII, 10. — adde Matth. VI, 23. Luc. XI, 35. (de inscitia Xen. Cyr. II, 1. 25. Dem. 281, 1. et ὁ σκότος Xen. Cyr. VIII, 7. 23.) — β) metonym. αα) de hominibus inscitia et vitiositate laborantibus Luc. XXII, 53. αὕτη — ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. Eph. V, 8. 11. VI, 12. — ββ) de auctore inscitiae et improbitatis vel Satana Col. I, 13. quo loco ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους et ἡ βασιλεία τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ sc. τοῦ θεοῦ opponuntur sibi [Luc. XXII, 53?] — γγ) pro *miseria* 1 Petr. II, 9.

Σκοτόω, ῶ, f. ώσω, *tenebris offundo*, τὴν βασιλείαν τινός, trop. pro *devasto regnum alicuius*, ita semel in N. T. Apoc. XVI, 10. (Siracid. XXV, 17.)

Σκύβαλον, ου, τό, *excrementum*, *quisquiliae*, *retrimentum.* Extat tantum Phil. III, 8. ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι i. e. *pro nihilo habeo.* (Siracid. XXVII, 4. Anthol. gr. T. II. p. 180 et 218. De rebus vilissimis dici, observavit *Jacobs* Anthol. gr. T. IX. p. 209.)

Σκύθης, ου, ὁ, *Scytha.* Uti Scythia regio erat latissima magnam Europae et Asiae partem complectens, ita a nationibus antiquitatis cultioribus Scythae habebantur inter barbaros pro maxime barbaris. Extat tantum Col. III, 11. (Aeschin. 50, 20.)

Σκυθρωπός, οῦ, ὁ, ἡ, — όν, τό, (a σκυθρός torvus et ὤψ) *qui est vultu tristi et tetrico.* Bis in N. T. Matth. VI, 16. Luc. XXIV, 17. (Sirac. XXV, 24. Joseph. Arch. XIX, 3. 3. Herodian. I, 6. 10. Lucian. Dial. Deorr. XIV, 1. Xen. Mem. II, 7. 12.)

Σκύλλω, (a σκῦλον, quod vid. propr. cutem detraho; distorqueo, lacero Aeschyl. Pers. 577.) *vexo*, *molestias creo* passiv. σκύλλομαι *vexor*, *male habeor*, medium: *mihi ipsi molestiam creo.* Quater in N. T., sq. accus., ut τὸν διδάσκαλον Marc. V, 35. Luc. VIII, 9. — passiv. Matth. IX, 36. — medium Luc. VII, 6. — (de hominibus, qui itinere fatigantur Herodian. IV, 13. 8. VII, 3. 9.)

Σκῦλον, ου, τό, (pellis detracta) *exuviae hosti detractae*, *spolium.* Extat tantum Luc. XI, 2. — (Diod. Sic. IV, 11. Polyb. II, 31. 3 et 6. Herodian. VIII, 4. 28.)

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a σκώληξ vermis et βρώσκω comedo) *a vermibus consumtus.* Extat tantum Act. XII, 23. quo loco, collato cum Jos. Arch. XIX, 8. intelligitur, Herodem torminibus alvi, profectis a vermibus, confectum esse.

Σκώληξ, ηκος, ὁ, *vermis.* Ter in N. T. Marc. IX, 44. 46. 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Desumta sunt haec verba e Jes. LXVI, 24. et uti h. l. tanta esse dicitur occisorum multitudo, ut per tempora longissima vermibus suppetat largissima comedendi materia neque unquam exstinguantur ignes cadaveribus et ossibus comburendis inservientes, ita apud Marcum eadem verba descriptioni miseriae serviunt perpetuum duraturae. Eadem imago legitur Judith. XVI, 15. Sirac. VII, 17. Cf. ad locum Jesaiae *Gesen.* in Comment. T. II. p. 314. LXX σκώληξ pro תּוֹלַעַת Deut. XXVIII, 31. (Dioscorid. I. c. 106. Hom. Iliad. XIII, 654.)

Σμαράγδινος, ίνη, ινον, (a σμάραγδος) *smaragdinus, e smaragdo factus.* Semel in N. T. Apoc. IV, 3.

Σμάραγδος, ου, ὁ, *Smaragdus*, nomen gemmae, virore maxime insignis. Extat tantum Apoc. XXI, 19. LXX pro בָּרֶקֶת Ezech. XXVIII, 13. Exod. XXVIII, 17.

Σμύρνα, ης, ἡ, *myrrha,* ita dicitur succus albus, odore et sapore maxime aromaticus, nunc sponte emanans nunc arte extractus ex arbore arabica. Utebantur hoc succo veteres in unguentis et odoramentis. Cf. Cantic. III, 6. V, 5. Jos. XIX, 39. item Dioscorid. I, 78. Theophr. H. Plant. IX, 3 et 4. Diod. Sic. II, 49. Plin. H. N. XII, 15. LXX pro מֹר Ps. XLV, 9. Bis in N. T. Matth. II, 11. Joh. XIX, 39.

Σμυρναῖος, α, ον, *Smyrnaeus, ad Smyrnam pertinens,* ita textus vulg. Apoc. II, 8.

Σμύρνα, ης, ἡ, *Smyrna*, nom. propr. urbis ionicae, sitae ad mare, portu instructae, CCCXX stadiis ab Epheso distantis, mercatura, navigatione et artibus florentis et magnum Judaeorum numerum habentis, hodie *Ismir.* Apoc. I, 11. II, 8. (Herodot. I. c. 143. Vellei. Paterc. I, c. 4.)

Σμυρνίζω, f. ίσω, (a σμύρνα, myrrha) *myrrha condio*, ut οἶνον, ita semel in N. T. Marc. XV, 23. — Solebant enim Romani hominibus supplicio afficiendis, quominus sentirent mortis dolores, porrigere vinum herbis temulentiam procreantibus mixtum. Jesus vero, qui doloris sensu et rationis usu privari nolebat, sed animo potius forti fatum subeundum esse sibi existimabat, vino leviter degustato calicem epotare recusabat.

Σόδομα, ων, τά, *Sodoma, orum,* vel *Sodoma, ae,* hebr. סְדֹם, nom. propr. unius ex quatuor urbibus, sitis olim in valle amoenissima et fertilissima Siddim, cuius locum nunc explet mare mortuum seu lacus Asphaltites Matth. X, 15. XI, 23. 24. [Marc. VI, 11.] Luc. X, 12. XVII, 29. Rom. IX, 29. 2 Petr. II, 6. Jud. v. 7. Apoc. XI, 8.

Σολομών et σολομῶν, ῶντος, ὁ, *Salomon*, hebr. שְׁלֹמֹה, nom. propr. regis Israelitarum tertii, quem fuisse constat filium et successorem Davidis et celebratum tum ob sapientiam, qua excellebat, tum ob templum auspiciis eius exstructum Hierosolymis Matth. I, 6. 7. VI, 29. XII, 42. al.

Σορός, οῦ, ἡ, (loculus, sandapila, etiam urna recondendis ossibus inserviens Herodian. IV, 8. 21. Aeschin. 20, 34. 21, 29.) *lectulus*, *arca retecta*, *qua mortui apud Judaeos efferebantur*. Semel in N. T. Luc. VII, 14. — LXX pro אָרוֹן Gen. L, 26.

Σός, ἡ, όν, *tuus*, *a*, *um*, τὸ σόν, *tuum*, οἱ σοί, *tui* i. e. *cognati tui* Matth. VII, 3. 22. XIII, 27. XX, 14. XXIV, 3. XXV, 25. Marc. II, 18. V, 19. Luc. V, 33. VI, 30. XV, 31. XXII, 42. Joh. IV, 42. XVII, 6. 9. 10. 17. XVIII, 35. Act. V, 4. XXIV, 3. 4. 1 Cor. VIII, 11. XIV, 16. Philem. v. 14. Saepius non legitur in N. T. (Herodian. II, 1. 18. Xen. Cyr. II, 1. 2.)

Σουδάριον, ίου, τό, *sudarium*, i. e. *linteum*, *quo sudor faciei detergitur*. Vox origine latina. Quater in N. T. Luc. XIX, 20. Joh. XI, 44. XX, 7. Act. XIX, 12.

Σουσάννα, ης, ἡ, *Susanna*, hebr. שׁוֹשַׁנָּה nom. propr. mulieris Luc. VIII, 3.

Συγκατατίθεμαι, med. (a συγκατατίθημι una vel simul depono Isaeus 139, 10.) *suffragio meo probo, assentior*, sq. dat. rei [vid. συγκάθημαι], ut τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ita semel Luc. XXIII, 51. — (Joseph. Arch. XX, 1. 2.

Diod. Sic. IV, 52. XIII, 12. Polyb. III, 98. 11. Arrian. dissert. epict. I, 28. Dem. 283, 22.)

Συγκαταψηφίζω, f. *ίσω*, (ex *σύν*, *κατά* et *ψηφίζω* calculos subduco Polyb. V, 26. 3. propr. una cum aliis per calculos damno) ***numero cum alio*** i. e. ***adnumero alicui***, *τινα μετά τινος* [vid. *μετά* p. 77 fin. *Winer* II. p. 132.] ita semel in N. T. Act. I, 26.

Συγκεράννυμι, f. *κεράσω*, perf. pass. *κέκραμμαι*, [vid. Grammaticos sub *κεράννυμι* laudatos; a *σύν* et *κεράννυμι*, misceo, miscendo iungo] [v. *Buttm.* §. 101. sub *κεράννυμι*, commisceo, commiscendo iungo 2 Macc. XV, 39. Meleager in Anthol. gr. T. I. p. 15. ed. *Jacobs.*] ***coniungo***, a) sq. accus. rei, ut *τὸ σῶμα* 1 Cor. XII, 24. (Thuc. IV, 18.) — b) sq. duplici dativo, ut Hebr. IV, 2. *ὁ λόγος* — *μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει* [= cum fide cf. *Matthiae* §. 405. p. 740.] *τοῖς ἀκούσασι* = *ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων* [cf. *Matthiae* §. 398. p. 727. *Buttm.* §. 121, 4. *Winer* p. 85. II. p. 67.] vel posito *τοῖς ἀκούσασι* pro: *τῶν ἀκουσάντων* cf. *Matthiae* §. 389, g. p. 713 sq. — De codd. pro *τοῖς ἀκούσασι* exhibentibus *τῶν ἀκουσάντων*, vel *τοὺς ἀκούσαντας*, *τοῖς ἀκουσθεῖσι* vid. *Griesb.* ad h. l. (*τινί* Xen. Cyr. I, 4. 1. Dionys. Hal. Ant. II, 46. *πρός τι* Dem. 1414, 7.) —

Συγκινέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *σύν* et *κινέω*) ***una commoveo***, metaph. ***concito***, ***aufhetzen***, sq. accus., ita semel in N. T. Act. VI, 12. (de iis, qui misericordia tanguntur Polyb. XV, 17. 1. vel manum operi admovent Polyb. II, 59. 8.)

Συγκλείω, f. *είσω*, (a *σύν* et *κλείω* claudo) ***concludo***, ***includo***, i. e. a) ***simul comprehendo***, ***zusammen umschliessen***, ut *πλῆθος ἰχθύων* sc. *εἰς τὸ δίκτυον* Luc. V, 6. (*τινὰ εἴς τι* 2 Macc. V, 5. Herodian. VII, 10. 6. *εἰς πολιορκίαν* Diod. Sic. XII, 35.) — b) metaph. pro: ***trado aliquem in potestatem alicuius rei*** i. e. ***committo aliquem alicui rei*** aa) sq. *εἰς* c. acc. conditionis, ut *εἰς τὴν ἀπείθειαν* Rom. XI, 32. — Ita LXX pro הִסְגִּיר sq. בְּיַד vel לְ Ps. XXXI, 8. LXXVIII, 50. (Diod. Sic. XIX, 19. et *κατακλείω* Diod. Sic. XX, 74.) — bb) sq. *ὑπό* c. accus. rei, ut *ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν* Gal. III, 22. *ὑπὸ νόμον* v. 23. —

Συγκληρονόμος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (ex *σύν* et *κληρονόμος* haeres; propr. cohaeres) ***qui una cum aliis particeps est rei alicuius***. Quater in N. T. Rom. VIII, 17. Eph. III, 6. Hebr. XI, 9. 1 Petr. III, 7.

Συγκοινωνέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (ex *σύν* et *κοινωνέω* particeps sum vel fio) ***una cum aliis particeps fio alicuius rei***, ***in societatem alicuius rei venio*** seq. dat. rei, de quo vid. supra *κοινωνέω*. Ter in N. T. Eph. V, 11. Phil. IV, 14. Apoc. XVIII, 4. (sq. genit. Dem. 1299, 20.)

Συγκοινωνός, οῦ, ὁ, ἡ, — όν, τό, (a σύν et κοινωνός) *qui una cum aliis rei alicuius particeps est*, *socius*, *particeps* a) sq. genit., ut τῆς ῥίζης Rom. XI, 17. 1 Cor. IX, 23. Phil. I, 7. — b) sq. ἐν c. dat. rei vel conditionis, in qua versatur aliquis Apoc. I, 9. ὁ ἀδελφὸς — χριστοῦ pro: ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς, ὧν ἐν — χριστῷ.

Συγκομίζω, f. ίσω, (a σύν et κομίζω porto; comporto, congesto, universe Xen. Ages. I, 21. de iis, qui fruges colligunt Xen. Mem. II, 8. 3. vel cadavera congestant comburenda Thuc. VI, 71.) *compono* i. e. *funus curo alicuius*, vel *una effero, zusammen bestatten*, sq. accus. pers., ita semel in N. T. Act. V, 2. — Uti enim messis tempore frumenta horreo conduntur, ita in sepultura sepulcro veluti horreo traditur id, quod terrenum est in homine. Cf. גָּדִישׁ Job. V, 26. et XXI, 32. (Soph. Aiac. v. 1048 vel 1026.)

Συγκρίνω, f. νῶ, (a σύν et κρίνω quod v.; coniungo, commisceo Plato Phaedon. c. 15. ed. *Fischer*) 1) *confero* i. e. *comparo*, τινά τινι 2 Cor. X, 12 bis. Cf. ad h. l. *Fritzsche* diss. II. p. 33 sqq. (Aristot. Rhet. I, 9. idem Polit. IV, 9. Theophr. de caus. plant. IV, 2. Strab. VIII. p. 536. Arrian. diss. epict. III, 22. Jos. Ant. V, 1. 21. Polyb. XII, 10. 1. Diod. Sic. I, 58. II, 5.) Esse hanc significationem serioris graecitatis, cum antiquiores scriberent potius παραβάλλειν, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 278. — 2) *interpretor*, *explico*, τινί τι 1 Cor. II, 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες i. e. *hominibus Spiritu div. donatis et sequentibus eum explicantes ea, quae a Spiritu div. suppeditantur* vel *docemur*. Ita LXX pro פָּתַר Gen. XL, 8. 16. 22. XLI, 12. 15. Saepius non extat in N. T.

Συγκύπτω, f. ψω, (a σύν et κύπτω incurvo me; incurvo me simul cum alio, contrahor vel propius coeo Xen. Anab. III, 4. 19.) *prorsus incurvor, incurvus sum*. Semel in N. T. Luc. XIII, 11. — (Siracid. XII, 11.)

Συγκυρία, ας, ἡ, (a συγκυρέω i. e. συντυγχάνω convenio cum aliquo, simul advenio Polyb. XVIII, 33. 3. Diod. Sic. I, 1. — accido, evenio Polyb. V, 18. 6.) *casus* — κατὰ συγκυρίαν i. e. *casu*, *forte* Luc. X, 31. (συγκύρημα Polyb. IV, 86. 2.) Frequentius esse apud Graecos voc. συγκύρησις, docet *Passow* II. p. 748.

Συγχαίρω, aor. 2. συνεχάρην cf. *Buttm.* §. 101. gram. max. Vol. II. §. 114. sub χαίρω *Matthiae* §. 255. p. 496. 1) *collaetor*, sq. dat. pers. cf. *Matthiae* §. 405. p. 741. — a) propr. Luc. I, 58. XV, 6. 9. Phil. II, 17. 18. — LXX pro צָחַק Gen. XXI, 6. (absol. Xen. Hier. V, 4. τινί τινος Dem. 194, 23. 579, 19.) — b) metaph. de membris corporis pro:

simul bene me habeo 1 Cor. XII, 26. — 2) i. q. χαίρω, *laetor*, sed fortius = *sich innig, herzlich freuen*, sq. dat. rei, ut τῇ ἀληθείᾳ 1 Cor. XIII, 6. Cf. *Matthiae* §. 399. p. 799.— Saepius non legitur in N. T.

Συγχέω, item συγχύνω, [a σύν et χέω, χύνω, forma reprehensa Grammaticis cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 726.] imperf. συνέχεον et συνέχυνον, perf. pass. συγκέχυμαι aor. 1. pass. συνεχύθην v. *Buttm.* §. 101. et gram. max. Vol. II. §. 114. sub χέω. — *confundo* metaph. *perturbo* a) de iis, qui animo sunt perturbato Act. II, 6. συνεχύθη sc. τὸ πλῆθος. (1 Macc. IV, 27. Diod. Sic. IV, 62. Hom. Iliad. XIII, 808.) — b) *concitandi* sens. *in unruhige Bewegung setzen*, sq. accus. Act. XIX, 32. XXI, 27. 31. (Lucian. Dial. Deorr. XXV, 1. Diod. Sic. T. X. p. 167. ed. *Bip.*) — c) *disputando perturbo, confutandi* sens., sq. accus. Act. IX, 22. Saepius non reperitur in N. T.

Συγχράομαι, ῶμαι, (a σύν et χράομαι utor; simul utor aliqua re cum aliquo Polyb. III, 14. 5. VI, 3. 10.) *utor consuetudine alicuius*, sq. dat. pers., ita Joh. IV, 9. Cf. *Matthiae* §. 405. p. 741. —

Συγχύνω, v. συγχέω.

Σύγχυσις, εως, ἡ, (a συγχέω) *confusio*, metaph. pro: *perturbatio, tumultus*. Semel in N. T. Act. XIX, 29. — LXX pro מְהוּמָה 1 Sam. V, 11. (Polyb. XIV, 5. 8. Dionys. Hal. Antiq. IV, 24.)

Συζάω, f. συζήσω, (a σύν et ζάω) *cum aliquo vivo* i. e. *una cum aliquo vivo*, absol. 2 Cor. VII, 3. (Athen. VI. p. 249. B. Dem. 363, 4.) — b) *vivo pariter atque alter*, sq. dat. pers. Rom. VI, 8. 2 Tim. II, 11. cf. *Matthiae* §. 405. p. 740. — Saepius non habetur in N. T.

Συζεύγνυμι, a. 1. συνέζευξα, (a σύν et ζεύγνυμι ligo; uni iugo alligo Xen. Cyr. II, 2. 26.) *coniungo, consocio*. Bis in N. T. Matth. XIX, 6 et Marc. X, 9. ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξε. LXX pro חָבַר Ezech. I, 11. (Herodian. III, 10. 14. Lucian. amor. §. 11. Xen. Oecon. VII, 30. IX, 5.)

Συζητέω, ῶ, f. ήσω, (a σύν et ζητέω, quaero; quaero aliquid c. aliquo Apollod. Biblioth. II, 6.) *vicissim* vel *mutuo cum aliis quaero, sermones confero, disputo*, a) absol. Marc. IX, 10. XII, 28. Luc. XXIV, 15. — b) sq. dat. pers. i. e. *cum aliquo* cf. *Matthiae* §. 405. p. 741. — Marc. VIII, 11. IX, 14. Act. VI, 9. — c) sq. πρὸς αὐτούς vel πρὸς ἑαυτούς Marc. I, 27. IX, 16. Luc. XXII, 23. — iunct. c. λαλεῖν sq. πρός τινα Act. IX, 29. —

Συζήτησις, εως, ἡ, (conquisitio, a συζητέω quod v.) *disputatio, disceptatio*. Ter in N. T. Act. XV, 7. XXVIII, 29.—

iunct. c. στάσις et sq. πρός τινα i. e. *contra aliquem* Act. XV, 2. — (Philo de mundi opif. p. 11. D. idem Allegor. lib. 2. p. 85. B.)

Συζητητής, οῦ, ὁ, (a συζητέω quod v. propr. qui una c. aliquo quaerit aliquid) *disputator*. Legitur tantum 1 Cor. I, 20. — Idem Judaeis dicebatur דַּרְשָׁן.

Σύζυγος, ου, ὁ, ἡ, (a σύν et ζεύγνυμι; uni iugo iunctus) *iunctus cum aliquo, socius alicuius*, de muneris socio semel in N. T. Phil. IV, 3. (Aristoph. Plut. 946. Eurip. Iphig. Taur. 250.)

Συζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, (a σύν et ζωοποιέω) *una cum altero* vel *ut alterum in vitam revoco aliquem*. Bis in N. T., sq. nunc dat. simplici [vid. συζάω] Eph. II, 5. — nunc συν c. dat. Col. II, 23. cf. *Winer* p. 148 sq. II. p. 132. — bis de Jesu ad vitam i. e. ad meliorem vitae rationem et ad felicitatem homines evehente Eph. II, 5. Col. II, 13.

Συκάμινος, ου, ἡ, et **συκομοραία**, ας, ἡ, *sycaminus, sycomorus*, arbor, cuius forma et folia mori, fructus vero ficus similitudinem referunt. Habet eam Aegyptus et Palaestina et dicitur hebr. שִׁקְמוֹת, שִׁקְמִים 1 Regg. X, 27. Ps. LXXVIII, 47. Legitur συκάμινος Luc. XVII, 6. (Diod. Sic. I, 34. Dioscorid. I, 22. Strabo XVII. p. 1178. Athen. II, 57.) συκομοραία Luc. XIX, 4.

Συκῆ, ῆς, ἡ, *ficus*, arbor Matth. XXI, 19—21. XXIV, 32. Marc. XI, 13. 20. 21. XIII, 28. Luc. XIII, 6. 7. XXI, 29. Joh. I, 49. 51. Jac. III, 12. Apoc. VI, 13. LXX pro תְּאֵנָה Judd. IX, 10. 11. Prov. XXVII, 18. (Aelian. V. H. III, 18. Xen. Oec. XIX, 12.)

Συκομοραία v. συκάμινος.

Σῦκον, ου, τό, *ficus*, fructus. Quater in N. T. Matth. VII, 16. Marc. XI, 13. Luc. VI, 44. Jacob. III, 13. LXX pro תְּאֵנָה 2 Regg. XX, 7. (Aelian. V. H. III, 36. Polyb. XVI, 74. 5 et 9. Xen. Cyr. VI, 2. 23. Dem. 314, 12.)

Συκοφαντέω, ῶ, f. ήσω, (a συκοφάντης, propr. apud iudicem defero, si quis ficus contra leges exportaverit. Vid. Suid. in *Sturz* Lexic. Xenoph. sub συκοφαντέω; falso defero, calumnior Aelian. V. H. II, 13. Herodian. II, 14. 7. Xen. Mem. II, 9. 5) *iniusto modo aliquid* [ut: pecuniam] *ab aliis extorqueo, defraudo*. Bis in N. T. nunc absol. Luc. III, 14.— nunc τινός τι [= ἀφαιροῦμαί τινός τι privo aliquem aliqua re, cf. *Matthiae* §. 418, not. p. 765. *Koen.* ad Greg. Cor. p. 94. ed. *Schäfer*. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 435.] — Luc. XIX, 8. — LXX pro עָשַׁק Job. XXXV, 9. Ps. CXIX, 122.

Συλαγωγέω, ῶ, f. ήσω, (a σῦλον, et ἄγω) *praedam abduco, spolio* [Aristenaet. II. ep. 22. Heliodor. X. p. 512.] trop. semel in N. T. de doctoribus διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ

κενῆς ἀπάτης aliquem, ut praedam, abducentibus et ad se allicientibus Col. II, 8.

Συλάω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *σῦλον*, praeda), ***depraedor.*** Semel in N. T., sq. accus. 2 Cor. XI, 8. *ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα λαβὼν ὀψώνιον.* (Aelian. V. H. I, 20. Xen. Hieron. IV, 6.)

Συλλαλέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *σύν* et *λαλέω*) ***colloquor cum aliquo*** seq. nunc dativo Marc. IX, 4. Luc. IX, 30. XXII, 4. (Polyb. I, 43. 1. IV, 22. 8.) Vid. sub *συζάω* observata. — nunc *μετά* c. genit. [cf. *μετά* p. 77 fin. *Winer* II. p. 132.] Matth. XVII, 3. Act. XXV, 12. — nunc *πρὸς ἀλλήλους* Luc. IV, 36. — (Dionys. Hal. Ant. X, 673.) Saepius non legitur in N. T.

Συλλαμβάνω, et medium [Act. XXVI, 21.] *συλλαμβάνομαι*, f. *συλλήψομαι* (mecum sumo Xen. Cyr. III, 3. 1. Saepius medium huius verbi legi significatione activa, auctor est *Passow* II. p. 751.) 1) ***comprehendo*** a) de iis, qui ad poenam vel supplicium comprehenduntur, sq. accus. Matth. XXVI, 55. Marc. XIV, 48. Luc. XXII, 54. Joh. XVIII, 12. Act. I, 16. XII, 3. XXIII, 27. XXVI, 21. LXX pro תָּפַשׂ Jos. VIII, 23. Herodian. VII, 7. 14. Xen. Anab. I, 1. 3.) — b) de praeda facta: *ἄγραν συλλαμβάνειν* Luc. V, 9. (Aelian. H. Anim. I, 2. Euripid. Orest. 1339.) — 2) ***concipio***, i. e. ***foetum concipio*** a) propr. aa) absolute Luc I, 24. *συνέλαβεν ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ.* v. 36. — bb) additis vel *ἐν τῇ κοιλίᾳ* Luc. II, 22. vel *ἐν γαστρί* Luc. I, 31. — LXX pro הָרָה Gen. I, 14. 17. חוֹלֵל Ps. LI, 6. יָלַד Gen. XXX, 9. 11. (Hippocrat. Aphorism. Sect. V. §. 46.) — b) metaph. de cupiditate excitata Jac. I, 15. *ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν.* Ita LXX et הָרָה Ps. VII, 15. Job. XV, 35. — 3) medium: *συλλαμβάνομαί τινι* ***una cum aliquo manum admoveo*** i. e. ***opitulor***, ***opem fero***, ***iuvo*** Luc. V, 7. Phil. IV, 3. (Diod. Sic. XIII, 5. Philostr. vit. Apoll. II, 6. Aelian. V. H. II, 4. Xen. Mem. II, 3. 18. Ages. II, 31. Dem. 665, 11.) Saepius non reperitur in N. T.

Συλλέγω, f. *ξω*, (a *σύν* et *λέγω*) ***colligo***, a) sq. accus. Matth. XIII, 29. 30. 40. 41. — LXX pro לָקַט Ruth. II, 3. קָטַף Deut. XXXIII, 25. (Diod. Sic. IV, 50. Herodian. III, 2. 2. Xen. Anab. IV, 3. 11.) Matth. XIII, 28. *θέλεις — συλλέξωμεν* [i. e. ***colligamus*** vid. *θέλω*] *αὐτά.* — b) *τὶ ἀπό τινος* Matth. VII, 16. — c) *τὶ εἴς τι* Matth. XIII, 48. — d) *τὶ ἔκ τινος* Luc. VI, 44. — Saepius non legitur in N. T.

Συλλογίζομαι, f. *ίσομαι*, (a *σύν* et *λογίζομαι*, puto; colligo rationes, computo Dem. 355 ult. Diod. Sic. I, 5.) ***reputo, cogito*** Luc. XX, 5. *οἱ δὲ συνελογίσαντο, πρὸς ἑαυτοὺς λέγοντες.* (Polyb. I, 44. 1. I, 63. 8.)

Συλλυπέομαι, *οῦμαι*, medium (verbi *συλλυπέω* una dolore afficio; pass. una cum altero dolorem sentio Theophr.

Char. I, 1. Diod. Sic. IV, 11.) i. q. *λυπέομαι*, sed fortius: *valde doleo*, sq. *ἐπί τινι* [vid. *ἐπὶ* p. 585 sq.], ita semel in N. T. Marc. III, 5. —

Συμβαίνω, f. *βήσομαι* a. 2. *συνέβην* (pedibus coniunctis incedo Xen. de re equestr. I, 14. tempore contingo, der Zeit nach zusammentreffen) *contingo*, *evenio*, *accido*, a) universe aa) sq. dat. pers. *α*) universe Marc. X, 32. Act. III, 10. XX, 19. 2 Petr. II, 22. (Xen. Cyr. I, 6. 24.) — *β*) c. duplici nom., uno obiecti, altero praedicati 1 Cor. X, 11. — bb) absol. *τὰ συμβεβηκότα* = *eventa* Luc. XXIV, 14. (1 Macc. IV, 26. Diod. Sic. I, 22.) — b) *συμβαίνει*, impers. *accidit*, sq. infin. Act. XXI, 35. (2 Macc. III, 2. Diod. Sic. I, 2. Xen. Ages. V, 3. Oecon. VIII, 15.) cf. *Matthiae* §. 531. p. 1035 sq. *Buttm.* §. 127. *Winer* p. 131. — Saepius non extat in N. T.

Συμβάλλω, f. *βαλῶ*, (a *σύν* et *βάλλω* iacio; coniicio, *τινί* coniungo) 1) intrans. [cf. *Matthiae* §. 496, 1. p. 932. *Buttm.* §. 117, not. 2. *Viger.* p. 181. *Winer* p. 107.] *convenio*, sq. dat. pers. *ich komme mit Jemandem zusammen*, a) universe, ut *εἰς τὴν Ἄσσον* [de quo attract. genere vid. *εἰς* p. 435 sq.] Act. XX, 14. — (*τινὶ κατά* c. accus. loci Jos. Ant. II, 7. 5. *πρός τινα* Xen. Cyr. VI, 2. 41.) — b) sq. *εἰς* finali, ut *εἰς πόλεμον* i. e. *ad bellum gerendum* = *congredior* vel *confligo* Luc. XIV, 31. Vide *εἰς* p. 431. (*εἰς μάχην* Jos. Ant. XII, 4. 9. XII, 8. 4. *τινί* Xen. H. G. IV, 2. 22. absolute Herodian. III, 2. 14. Polyb. I, 9. 7.) — 2) *confero* i. e. a) *sermones confero*, *τινί* i. e. *cum aliquo disputo*, *colloquor c. aliquo* Act. XVII, 18. — (Jamblich. vit. Pythag. c. 2. Ceb. Tab. c. 33. Joseph. Arch. I, 12. 3. — plene i. e. *συμβάλλω λόγους* Eurip. Iphig. Aul. 830. et *συμβάλλεσθαι λόγους* Xen. Cyr. II, 2. 21. et absolute Anab. IV, 6. 14.) — b) *consilia confero* Act. IV, 15. *συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους*. (plene, i. e. addito *βουλεύματα* Eurip. Phoen. v. 705.) — 3) *συμβάλλομαι*, *confero* i. e. *conduco*, *prosum ad aliquid* Act. XVIII, 27. *συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος*. (Cebet. Tab. c. 33. Diod. Sic. I, 2. Polyb. II, 13. 1. Philostr. vit. Sophist. I, 9. 1. Xen. Cyr. I, 2. 8.) — 4) *συμβάλλω ἐν τῇ καρδίᾳ*, *mente volvo* Luc. II, 19. (ita *συμβάλλομαι* Sophocl. Oedip. Col. 1151. et *βάλλομαι ἐνὶ φρεσί* Homer. Iliad. I, 297.) — Saepius non legitur in N. T.

Συμβασιλεύω, f. *εύσω*, (a *σύν* et *βασιλεύω*) *regno cum aliquo*, [propr. *τινί* Lucian. D. D. XVI, 4. Polyb. XXX, 2. 4.] a) de Christianis dignitatis et felicitatis, qua fruitur Jesus Dominus, sociis olim futuris, absol. 2 Tim. II, 11. — b) de iis, qui in societatem veniunt dignitatis et felicitatis aliorum, sq. dat. pers. 1 Cor. IV, 8.

Συμβιβάζω, f. άσω, (a σύν et βιβάζω adscendere facio; propr. una adscendere facio) 1) *coniungo, concilio*, de animorum coniunctione, sq. accus. Eph. IV, 16. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα — συμβιβαζόμενον. Col. II, 2. 19. (Dio Cass. 37. p. 62. Thuc. II, 29.) — 2) *conicio* [= συμβάλλω diversa inter se confero, comparo] i. e. *colligo, schliessen, vermuthen*, sq. ὅτι c. indic., loco accus. c. inf. Act. XVI, 10.— 3) *doceo*, a) sq. acc. pers. 1 Cor. II, 16.—LXX pro הוֹדִיעַ Jes. XL, 13. הֵבִין v. 14. — sq. dupl. accus. pro הוֹרָה Exod. IV, 12. XVIII, 16. — b) sq. ὅτι, loco accus. c. inf. Act. IX, 22. — Abesse hanc huius voc. significationem ab Atticis, eius loco habentibus προςβιβάζειν, διδάσκειν, neque inveniri nisi apud LXX, auctor est *Passow* II. p. 754. — Saepius non extat in N. T.

Συμβουλεύω, f. εύσω, (a σύν et βουλεύω) 1) *consilium do, suadeo alicui*, τινί, sq. infinit. Apoc. III, 18. — Joh. XVIII, 14. ὁ συμβουλεύσας — λαός i. e. ὁ συμβουλεύσας τοῖς ἰουδαίοις, ἀπολέσαι αὐτὸν, ἔλεγε γὰρ ὅτι κ. τ. λ. coll. XI, 50. — (Xen. Mem. I, 3. 6. τινί τι Aelian. V. H. VIII, 1.) Joh. XVIII, 14. καϊάφας ὁ συμβουλεύων τοῖς ἰουδαίοις. Apoc. III, 18. (Aelian. V. H. VIII, 1. Xen. Mem. I, 4. 18.) LXX pro יָעַץ Exod. XVIII, 19. 2 Sam. XVII, 15. — 2) med. *συμβουλεύομαι consilium ineo, delibero, zu Rathe gehen* [Sirac. VIII, 17. IX, 14. Xen. Cyr. II, 1. 7.] a) sq. ἵνα finali Matth. XXVI, 4. Joh. XI, 53. Cf. *Winer* p. 134. *Buttm.* §. 127, 2. *Matthiae* §. 531. p. 1035. — b) sq. inf. finali Act. IX, 23.

Συμβούλιον, ίου, τό, 1) *consilium*, quod datur, initur, petitur, λαμβάνειν συμβούλιον Matth. XII, 14. XXII, 15. XXVII, 1. 7. XXVIII, 12. — ποιεῖν συμβούλιον Marc. III, 6. XV, 1. — 2) metonym. *consiliarii*, i. q. *πάρεδροι*, de assessoribus, cum quibus, antequam decernerent, deliberare solebant praesides provinciarum Act. XV, 12. Cf. Lamprid. vit. Alexand. Sever. c. 46. Sueton. vit. Tiber. c. 23. Joseph. de bell. iud. I, 2. 16. Cicer. Verr. II, 13. Saepius non legitur in N. T.

Σύμβουλος, ου, ὁ, (a σύν et βουλή) *consiliarius, qui est a consiliis.* Legitur tantum Rom. XI, 34. — LXX pro יוֹעֵץ 2 Sam. XV, 12. אִישׁ עֵצָה Jes. XL, 13. (Aelian. V. H. XII, 25. Herodian. I, 8. 1. Polyb. XIV, 3. 7. Xen. Symp. VIII, 39.)

Συμεών vel *σιμεών*, ὁ, *Simeon*, hebr. שִׁמְעוֹן nom. propr. quo venit in N. T. 1) filius secundus Jacobi patriarchae, natus e Lea Apoc. VII, 7. — 2) unus ex posteris Abrahami Luc. III, 30. — 3) vir iudaeus, qui Jesum infantem in ulnas recepit et qui pater Gamalielis et filius Hillelis habetur Luc. II, 25. 34. — 4) vir, qui cognominatur Niger Act.

XIII, 1. — 5) Petrus Apostolus, alias σίμων dictus Act. XV, 14. 2 Petr. I, 1.

Συμμαθητής, οῦ, ὁ, (ex σύν et μαθητής) *condiscipulus*. Extat tantum Joh. XI, 16. (Aesop. fab. 48.) Quamquam eiusmodi substantiva composita abesse docet *Phrynich.* p. 172. ed. *Lobeck* ab elegantia Atticorum, tamen eadem composita, si nomina sunt πρόςκαιρα et ad ea pertinent, quae intra aliquod tempus consistunt, minus taxanda esse, observavit *Scaliger* v. *Lobeck* ad Phryn. p. 471.

Συμμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, (a σύν et μαρτυρέω testor) *simul testor cum aliquo*, absol. Rom. II, 15. IX, 1. — sq. ὅτι Rom. VIII, 16. [Apoc. XXII, 18.] — (Xen. H. G. VII, 1. 34.) Saepius non extat in N. T.

Συμμερίζομαι, f. ίσομαι, med. [verbi συμμερίζω] *ita divido cum aliquo, ut ad me redeat pars*. Legitur 1 Cor. IX, 13. τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται i. e. μερίζονται σὺν τῷ θυσιαστηρίῳ *sie theilen mit dem Altare*, [*nämlich das Opferfleisch.*] — De dat. v. *Matthiae* §. 405. p. 741. —

Συμμέτοχος, ου, ὁ, — ον, τό, (a σύν et μέτοχος) *una cum aliquo particeps alicuius rei*, sq. genit. Vid. μετέχω. — Eph. III, 6. V, 7. (ita συμμετέχω 2 Macc. V, 20. Xen. Anab. VII, 8. 17.)

Συμμιμητής, οῦ, ὁ, (a σύν et μιμέομαι imitor) *una cum aliis imitans aliquem*. Semel in N. T. Phil. III, 17. — De eiusmodi compositis vide, quae supra ad voc. συμμαθητής adnotata sunt.

Συμμορφίζω, f. ίσω, (a σύν et μορφή forma) *conformem* vel *similem reddo*. Ita Codd. Phil. III, 10. συμμορφιζόμενος pro: συμμορφούμενος.

Σύμμορφος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a σύν et μορφή) *similis* a) sq. genit., ut τῆς εἰκόνος Rom. VIII, 29. — De adiectivis compositis cum σύν, quatenus secum habeant interdum genit. cf. *Matthiae* §. 379. p. 698. — b) sq. dat., ut τῷ σώματι Phil. III, 21. cf. *Matthiae* §. 405. p. 740. Saepius non legitur in N. T.

Συμμορφόω, ῶ, f. ώσω, (a σύμμορφος, quod vid. conformem reddo) *similem reddo*, τινί, ita semel in N. T. Phil. III, 10.

Συμπαθέω, ῶ, f. ήσω, (a συμπαθής, quod vid.) 1) *eodem sensu tangor, quo alter, mitempfinden*. Hebr. IV, 15. συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. — (Symmach. pro נוד Job. II, 11. Plut. vit. Timoleont. c. 14.) — 2) *una patior* vel *eadem patior, quae alter*, τοῖς δεσμίοις συνεπαθήσατε Hebr. X, 34. Saepius non legitur in N. T.

Συμπαθής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (a σύν et πάσχω) *una patiens cum aliis* i. e. *eodem, quo alter, sensu*

affectus, *mitempfindend*, *theilnehmend*, semel in N. T. de misericordibus 1 Petr. III, 8. (Polyb. X, 58. 8. XV, 9. 3.)

Συμπαραγίνομαι, (a σύν et παραγίνομαι adsum) *simul adsum, una accedo.* Bis in N. T. absol. Luc. XXIII, 48. — addito dativo = *auxilio adsum alicui*, opp. καταλείπω desero, ita 2 Tim. IV, 16. — LXX pro נִלְוָה Ps. LXXXIII, 9. (Thuc. II, 82.)

Συμπαρακαλέω, ῶ, f. ήσω, (a σύν et παρακαλέω — simul cum aliis advoco aliquem, de invitante Xen. Cyr. III, 3. 21. VIII, 1. 38. una cum aliis adhortor Polyb. V, 83. 3.) *una cum aliis erigo* vel *solamine recreo.* Extat tantum Rom. I, 12. συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν [= *in mediis vobis* i. e. *inter vos*].

Συμπαραλαμβάνω, a. 2. συμπαρέλαβον (a σύν et παραλαμβάνω) *simul assumo aliquem.* Quater in N. T. de iis, qui simul socium sibi sumunt aliquem Act. XII, 25. XV, 37. 38. Gal. II, 1. (Aelian. V. H. VIII, 7. Herodian. II, 2. 2. Polyb. II, 10. 1.)

Συμπαραμένω, f. μενῶ, (a σύν et παραμένω) *una cum aliis permaneo* vel *perduro*, τινί, ita semel in N. T. Phil. I, 25. — (LXX Ps. LXXII, 5.)

Συμπάρειμι, (a σύν et πάρειμι) *una* vel *simul adsum.* Semel in N. T. Act. XXV, 24. πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες. (Lucian. Dial. Deorr. XX, 22. Polyb. V, 5. 8. Xen. Oecon. XI, 24.)

Συμπάσχω, (a σύν et πάσχω) 1) *una patior*, *una dolorem sentio* 1 Cor. XII, 26. — (Diod. Sic. IV, 11. Polyb. XV, 9. 4.) — 2) *pariter atque alter mala patior* Rom. VIII, 17. Saepius non legitur in N. T.

Συμπέμπω, f. ψω, (a σύν et πέμπω) *una* vel *simul mitto.* Bis in N. T. sq. nunc μετά τινος [vid. μετά p. 77 fin. *Winer* II. p. 132.] 2 Cor. VIII, 18. (Xen. H. G. I, 14. 21.) — nunc dat. 2 Cor. VIII, 22. (Xen. Cyr. III, 2. 28.)

Συμπεριλαμβάνω, f. λήψομαι, (a σύν et περιλαμβάνω, simul comprehendo, zusammenfassen Dem. 235, 16. Diod. Sic. XIV, 7. Polyb. VIII, 13. 4.) *ab omni parte amplector*, ita semel in N. T. Act. XX, 10. Vide de σύν intendente σύν fin. —

Συμπίνω, aor. 2. συνέπιον, (a σύν et πίνω) *una* vel *simul cum alio bibo*, sq. dat. [vid. συζάω], ita semel in N. T. Act. X, 41. — (LXX Esth. VII, 1. absolute Aelian. V. H. III, 1. Xen. Cyr. V, 2. 28. Dem. 1352, 27.)

Συμπίπτω, a. 2. συνέπεσον, (a σύν et πίπτω) *corruo*, *collabor.* Ita Codd. Luc. VI, 49. (Xen. Anab. V, 2. 24.)

Συμπληρόω, ῶ, f. ώσω, (a σύν intendente et πληρόω) *prorsus impleo* a) propr. i. e. *compleo*, *ich fülle an*, ita de fluctibus implentibus vel obruentibus navigantes Luc. VIII, 23.

(Polyb. I, 36. 9. et ὑπεραντλούμενοι τῇ ἅλμῃ Lucian. de merced. conduct. §. 2.) — b) de tempore = *plane absolvo*, passiv. *plane absolvor* [vid. πληρόω p. 332.] Luc. IX, 51. Act. II, 1. (Herodian. VII, 4. 2.)

Συμπνίγω, f. ίξω, (a σύν et πνίγω, comprimendo suffoco) 1) *suffoco*, metaph. pro: *incrementa rei cohibeo* Matth. XIII, 22. Marc. IV, 7. 19. — de loco Luc. VIII, 14. vid. sub πορεύομαι p. 363. observata. — 2) *undique premo* vel *coarcto*, sq. accus. pers. Luc. VIII, 42. —

Συμπολίτης, ου, ὁ, (a σύν et πολίτης) *qui eiusdem est civitatis*, *civis meus*. Extat tantum Eph. II, 19. de iis, qui ante alieni a civitate alicuius, nunc ea donati sunt. (Aelian. V. H. III, 44. Joseph. Arch. XIX, 2. 2.) Taxat quidem hoc vocabulum Phrynich. p. 172. ed. *Lobeck*, sed excusat *Scaliger*, ubi ad nomina πρόςκαιρα referendum est cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 471.

Συμπορεύομαι, f. εύσομαι, (a σύν et πορεύομαι) 1) *una* vel *simul cum aliquo eo*, *simul proficiscor*, sq. dat. [vid. συζάω] — Luc. VII, 11. XIV, 25. XXIV, 15. (Tob. V, 8. Xen. Anab. I, 3. 5.) — 2) *convenio*, sq. πρός c. accus. Marc. X, 1. (Polyb. V, 75. 1. XV, 6. 1.)

Συμπόσιον, ου, τό, (a συμπίνω quod v., compotatio Xen. Cyr. VIII, 4. 13. convivium Xen. Symp. IX, 7. conclave convivarum Xen. Cyr. VIII, 8. 10. Lucian. Dial. Deorr. XXIV, 1. in N. T.) συμπόσια *ordines convivarum* et ex distribuendi ratione Hebraeis usitata: συμπόσια συμπόσια *per ordines in accumbendo solitos*, *reihenweise*, *wie man bey Tische liegt*, ita semel Marc. VI, 39. Cf. de hac Hebraeorum distribuendi ratione supra sub πρασιά adnotata. *Gesen.* p. 668.

Συμπρεσβύτερος, ου, ὁ, *compresbyter*, *collega presbyteri* i. e. *praesidis coetus christiani* v. πρεσβύτερος no. b. β. — Semel in N. T. 1 Petr. V, 1.

Συμφάγω, vid. συνεσθίω.

Συμφέρω, f. συνοίσω, (a σύν et φέρω) *confero* i. e. 1) *comporto*, ut τὰς βίβλους Act. XIX, 19. (Xen. Anab. VI, 4. 9.) — 2) *conduco*, *prosum*, ita συμφέρει, impers. *conducit*, *prodest* et particip. τὸ συμφέρον, *commodum* a) absolute 1 Cor. VI, 12 et X, 23. οὐ πάντα συμφέρει. 2 Cor. VIII, 10. τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει. — (Diod. Sic. I, 68. Herodian. III, 14. 16. Xen. Cyr. III, 2. 30.) — τὸ συμφέρον Act. XX, 20. 1 Cor. VII, 35. X, 33. XII, 7. Hebr. XII, 10. (Diod. Sic. I, 2. Polyb. I, 11. 1.) — b) sq. infinit. Vide supra sub συμβαίνω in fin. adnotata. Matth. XIX, 10. Joh. XVIII, 14. 2 Cor. XII, 1. (Xen. Oecon. XIII, 2. XVI, 3.) — c) sq. ἵνα

c. coniunct. Matth. V, 29. 30. XVIII, 6. Joh. XI, 50. Vide de his locis sub ἵνα p. 745 lin. 4 sqq. observata. Joh. XVI, 7. Vide de h. l. ἵνα p. 745. — Saepius non habetur in N. T.

Σύμφημι, (a σύν et φημί, una loquor) *assentior, adstipulor*. Legitur tantum Rom. VII, 16. σύμφημι τῷ νόμῳ. (Xen. Anab. V, 8. 8. Dem. 668, 14.)

Συμφυλέτης, ου, ὁ, (propr. contribulis, a σύν et φυλή tribus. Serioris aetatis vocabulum, vid. *Lobeck* ad Phryn. p. 172. 471.) *popularis* 1 Thess. II, 14.

Σύμφυτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (una plantatus, una natus, a σύν et φύω) *coniunctus*, sq. dat. rei [vid. sub σύμμορφος in fine monita], ita semel in N. T. Rom. VI, 5. (de iis, quae innata sunt alicui 3 Macc. III, 22. Platon. Phileb. p. 163. ed. *Stallbaum*.)

Συμφύω, (a σύν et φύω) *una gigno* a. 2. p. **συνεφύην** [de quo aor. graecitatis serioris vid. sub φύω observata] *una natus sum*, partic. a. 2. **συμφυείς**, εῖσα, έν *una natus*. Semel in N. T. Luc. VIII, 7. συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι. (συμπεφυκώς Palaeph. fab. 22, 2. Xen. Cyr. IV, 3. 18.)—

Συμφωνέω, ῶ, f. ήσω, (a συν et φωνέω, sono) 1) *consono, zusammenstimmen*, trop. a) de iis, quorum iudicia, dicta cum aliqua re consentiunt: *consentio*, sq. περί τινος Matth. XVIII, 19. — b) de verbis rei vel evento alicui respondentibus, sq. dat. Act. XV, 15. (Diod. Sic. I, 2.) — c) de rebus congruentibus: *congruo*, sq. dat. Luc. V, 36. τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. (Aristot. Polit. VII, 15.) — 2) *convenio cum aliquo de aliqua re*. a) sq. dat. et aa) infinit. rem, de qua convenit, indicante Act. V, 9. (Polyb. II, 15. 2. Diod. Sic. XII, 50. — sq. πρός τινα Xen. H. G. I, 3. 8.) — bb) genit. pretii Matth. XX, 13. Vide sub πωλέω observata. — b) sq. μετά τινος et ἐκ c. genit. pretii Matth. XX, 2. Vide μετά p. 77 fin. *Winer* II. p. 132. et ἐκ p. 462.— Saepius non extat in N. T.

Συμφώνησις, εως, ἡ, (a συμφωνέω consono; vocis concentus) *consensus*. Extat tantum 2 Cor. VI, 15.

Συμφωνία, ας, ἡ, (a σύμφωνος) *concentus musicus*. Semel in N. T. Luc. XV, 25. (Polyb. XXVI, 10. 5. Aristot. Polit. VII, c. 15.)

Σύμφωνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (consonus Plut. praecept. coniug. c. 14. Mor. I. p. 324. ed. *Tauchn.*) *consentiens*, ἐκ συμφώνου i. e. *ita ut consentiant, mutuo consensu*; ita semel 1 Cor. VII, 5. (Diod. Sic. I, 11. Polyb. VI, 36. 5. similis sens. Plato Phileb. p. 4. ed. *Stallbaum*.)

Συμψηφίζω, f. ίσω, (a σύν et ψηφίζω) *computo*, ut τὰς τιμάς Act. XIX, 19. Saepius non legitur in N. T. (Aristoph. Lysistr. v. 142.)

Σύμψυχος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a σύν et ψυχή) *unanimis, qui eodem, quo alter, sensu ducitur.* Extat tantum Phil. II, 2.

Σύν, praepositio, secum habens dat. et significans:

cum, ubi nos: *mit*, *zugleich mit*, *sammt*, *nebst*, legitur in N. T.

1) proprie i. e. de societate vel comitatu, cf. *Matthiae* §. 577. p. 1142. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 147. *Passow* II, p. 766. *Winer* p. 156 sq. coll. *Ewald* p. 608 sq. gram. min. p. 267. — a) per se et absque alius notionis accessione, aa) post vv., quibus dicitur *accumbere*, *adstare*, *esse*, *manere*, *sedere* aliquis c. aliquo, α) universe, ut ἀνακεῖσθαι Joh. XII, 2. γίνεσθαι Luc. II, 13. διατρίβειν Act. XIV, 28. εἶναι Luc. VII, 12. VIII, 1. 38. XXII, 56. XXIV, 44. Act. IV, 13. XIII, 7. Phil. I, 23. Col. II, 5. 1 Thess. IV, 17. 2 Petr. I, 18. — abest εἶναι, ut αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς sc. οὖσαι Luc. XXIV, 10. τρόφιμον — σὺν αὐτῷ scil. ὄντα Act. XXI, 29. — Rom. XVI, 14. 15. Gal. I, 2. (Herodian. V, 4 11.)— ἑστηκέναι, item σταθῆναι Act. II, 14. IV, 14. ἐφίστασθαι et ἐπιστῆναι Luc. XX, 1. Act. XXIII, 27. καθίζειν Act. VIII, 31. μένειν Luc. I, 56. XXIV, 29. Act. XXVIII, 16. — (Xen. Anab. I, 8. 26) — β) οἱ σύν τινι ὄντες = *comites alicuius* αα) plene Marc. II, 26. Act. XXII, 9. XXVII, 2. — ββ) minus plene i. e. abest particip. ὤν, ὄντες א) universe Luc. V, 9. VIII, 45. IX, 32. XXIV, 24. 32. Gal. I, 3. (Plut. apophth. Alcib. Mor. II. p. 40. ed. Tauchn. Xen. Cyr. VII, 1. 15.) — ב) de collegis Act. V, 17. 21. XIX, 38. (Xen. Anab. II, 2. 1.)—

bb) post vv. *eundi*, ut ἀπέρχεσθαι Act. V, 26. εἰσέρχεσθαι Act. III, 8. XXV, 23. εἰσιέναι Act. XXI, 18. ἐκπλεῖν XVIII, 18. ἐξέρχεσθαι X, 23. XIV, 21. XVI, 2. Joh. XVIII, 1. ἔρχεσθαι Luc. XXIV, 1. Joh. XXI, 3. Act. XI, 12. 2 Cor. IX, 4. παραγίνεσθαι Act. XXIV, 24. πορεύεσθαι Luc. VII, 6. Act. X, 20. XXIII, 32. XXVI, 13. 1 Cor. XVI, 4. συναχθῆναι Act. IV, 27. συνέρχεσθαι XXI, 16. (Herodian. II, 14. 1. Xen. Cyr. III, 3. 13.) —

cc) post vv. *intransit.* et *passiva*, ubi, quae verba enuntiantur, pertinent ad *subiecta* plura, ut αναιρεῖσθαι Luc. XXIII, 32. ἀναπίπτειν XXII, 14. ἀνατέλλειν Jac. I, 11. ἀποθνήσκειν Matth. XXVI, 35. ἁρπάζεσθαι 1 Thess. IV, 14. quo loco additur ἅμα. — ἀτενίζειν Act. III, 4. γίνεται ὁρμή τινος σύν τινι Act. XIV, 5. δοκεῖ τινι Act. XV, 22. δουλεύειν Phil. II, 22. ἐμφανίζειν Act. XXIII, 15. ζῆν 1 Thess. V, 10. quo loco iungitur c. ἅμα. — κριθῆναι 1 Cor. XI, 32. κρύπτεσθαι Col. III, 3. μάρτυς εἰμί Act. I, 22. ὀφθῆναι Marc. IX, 4. πιστεύειν Act. XVII, 34. XVIII, 8. προσεύχεσθαι XX, 36. προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ Act. I, 14. σταυροῦσθαι

Matth. XXVII, 38. φανεροῦσθαι Col. III, 4. τῇ ἐκκλησίᾳ — σὺν πᾶσι — χάρις scil. contingat 1 Cor. I, 2. 2 Cor. I, 1. Phil. I, 1. (Xen. Anab. I, 9. 2. Cyr. V, 4. 30.) —

dd) post vv. *transitiva* α) ubi, quae verbo enuntiantur, pertinent ad *obiecta* plura αα) sq. dat. *pers.* ἄγειν 1 Thess. IV, 14. quo loco additur ἅμα—ἀπεκδύσασθαι Col. III, 9. βεβαιοῦν 2 Cor. I, 21. πέμπειν Act. XV, 22. 25. Col. IV, 9. προςκαλεῖσθαι Marc. VIII, 34. σταυροῦν Marc. XV, 27. Gal. V, 24. (Herodot. V, 63. Xen. Cyr. I, 4. 7.) — ββ) sq. dat. *rei*, ut καθιέναι Luc. V, 19. κομίζειν Matth. XXV, 27. πράσσειν Luc. XIX, 23. — β) ubi, quae habet verbum, pertinent ad *subiecta* plura, ut ἁγνίζεσθαι Act. XXI, 24. 26. ἀπογράφεσθαι Luc. II, 5. ἀσπάζεσθαι 1 Cor. XVI, 19. ἐκμυκτηρίζειν Luc. XXIII, 35. ἐξουθενεῖν v. 11. ἐρωτᾶν Marc. IV, 10. θύειν Act. XIV, 13. καταλαμβάνεσθαι Eph. III, 18. προπέμπειν Act. XXI, 5. πωλεῖν V, 1. φοβεῖσθαι τὸν θεόν Act. X, 2. (Palaeph. fab. 31. Xen. Cyr. V, 4. 37.) —

b) adiunctam habet *auxilii* notionem cf. *Matthiae* l. l. *Passow* l. l. — aa) universe, ut ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί sc. οὖσα = *me adiuvans* 1 Cor. XV, 10. (Xen. Anab. III, 1. 21. Cyr. V, 4. 37.) — bb) de personis, quae stant a partibus alicuius, ita εἶναι σύν τινι Act. XIV, 4 bis. (Xen. Cyr. VII, 5. 77.) —

c) de societate inde repetenda, quod secum habet aliquis aliquid vel instructus est aliqua re, ut συνέκδημος ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ = *comitans me, ubi cum hoc beneficio* vel *ibi, instructus hoc beneficio Hierosolymas proficiscar* 2 Cor. VIII, 19. (Xen. Cyr. VIII, 7. 13. Symp. II, 22.) cf. *Passow* l. l. *Fischer* l. l. p. 147. —

d) de societate orta ex accessione alicuius rei ad aliquam rem, ubi Lat. *ad, praeter*, ita Luc. XXIV, 21. σὺν πᾶσι τούτοις — σήμερον [= wir wundern uns nicht nur überhaupt darüber, dass du von dem allen nichts weisst [coll. v. 18.] wir wundern uns darüber auch deshalb, weil diess alles erst vor drei Tagen geschehen ist, also etwas ganz Neues ist.] Ita LXX σύν et hebr. עִם Neh. V, 18. (3 Macc. I, 22.) —

2) metaph. a) de adminiculo vel instrumento, quod quasi socium habeo in aliqua re peragenda, ubi nos: *mittelst, kraft*, Lat. *vi* 1 Cor. V, 4. — b) de societate, orta ex sorte, quam habet aliquis communem cum aliquo, ubi Lat. *pariter atque, aeque ac* cf. *Ewald* p. 608 sq. gram. min. p. 267. — ita post ἀποθνήσκειν Rom. VIII. 6. εὐλογεῖν Gal. III, 9. ζῆν = *vivum et efficacem se praebere* 2 Cor. XIII, 4. συνζωοποιεῖν Col. II, 13. χαρίζεσθαι Rom. VIII, 32. — Saepius non extat in N. T.

3) in compositione: a) societatem indicat, ut συνάγω, συγκάθημαι, συνεσθίω — b) perfectionem rei significat, ut

συμπληρόω. — c) indicat, undiquaque vel ab omni parte fieri aliquid, ut συγκαλύπτω. — d) intendit, ut συγκύπτω. Cf. *Passow* l. l. *Viger* p. 642. —

Συνάγω, f. ἄξω, (a σύν et ἄγω, duco; conduco, conveho Xen. Cyr. IV, 6. 12 et Anab. III, 4. 31.) 1) *colligo, sammeln, zusammenbringen*, a) sq. accus. rei vel pers. aa) solo Luc. XV, 13. Joh. VI, 12. XV, 6. — Ita LXX et אָסַף Exod. XXIII, 10. אָצַר Jes. XXXIX, 6. (Aelian. V. H. IV, 14. Xen. Mem. IV, 4. 8.) — bb) additur εἴς τι Matth. III, 12. XIII, 30. Luc. III, 17. Joh. IV, 36. — τὰ τέκνα εἰς ἕν = *in unum coetum* Joh. XI, 52. (τοὺς σποραδὴν οἰκοῦντας εἰς ἓν συνάγειν Heracl. c. 19. Xen. Anab. IV, 4. 10.) — cc) c. ἐκεῖ, ποῦ Luc. XII, 17. 18. — b) sq. εἴς τι Matth. VI, 26. — c) sq. μετά τινος Matth. XII, 30 Luc. XI, 23. — d) absol. Matth. XIII, 47. XXV, 24. 26. Joh. VI, 13. — — 2) *congrego, versammeln* A) activum, sq. accus. pers. Matth. II, 4. XXII, 10. Joh. XI, 47. Act. XIV, 27. XV, 30. Apoc. XIII, 10. (Herodian. IV, 3. 11.) — τινὰ ἐπί τινα i. e. *adversus aliquem* Matth. XXVII, 27. vid. ἐπί p. 591. — τινὰ εἴς τι i. e. *ad faciendum aliquid* Apoc. XVI, 14. XX, 8. — τινὰ εἰς τόπον τινά Apoc. XVI, 16. (Diod. Sic. III, 55. Xen. Ages. I, 25.) — B) συνάγομαι, *convenio, zusammenkommen, congregor* a. 1. συνήχθην f. 1. συναχθήσομαι a) de personis aa) sq. ἔμπροσθέν τινος Matth. XXV, 32. — bb) sq. ἐπὶ τὸ αὐτό Matth. XXII, 34. Act. IV, 26. Vide ἐπί p. 590. — cc) sq. ἐπί τινα *ad aliquem* Marc. V, 21. Vide ἐπί p. 592. — dd) sq. εἰς α) c. accus. loci Matth. XXVI, 3. Act. IV, 5. — β) finali Apoc. XIX, 17. (Diod. Sic. XVII, 100. ubi ἐπί τι) — ee) sq. ἐν Act. IV, 27. 31. XI, 26. — ff) sq. μετά τινος Matth. XXVIII, 12. — gg) sq. πρός τινα Matth. XIII, 2. XXVII, 62. Marc. IV, 1. VI, 30. VII, 1. — hh) sq. ἐκεῖ, ὅπου, οὗ Matth. XVIII, 20. XXVI, 37. Joh. XVIII, 2. XX, 19. Act. XX, 8. — ii) absol. Matth. XXII, 41. XXVII, 17. Marc. II, 2. Luc. XXII, 66. Act. XIII, 44. XV, 6. XX, 7. 1 Cor. V, 4. Apoc. XIX, 19. (Plut. apophth. Demetr. Mor. II. p. 31. ed. *Tauchn.*) — b) de avibus, sq. ἐκεῖ Matth. XXIV, 28. Luc. XVII, 37. —

3) ut LXX [cf. *Passow* II. p. 767.] *excipio, aufnehmen, bewirthen* [vel: *simul convivio adhibeo* cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 746.] Matth. XXV, 35. 38. 43. — LXX pro אָסַף Judd. XIX, 18. 2 Sam. XI, 27. — Saepius non legitur in N. T.

Συναγωγή, ῆς, ἡ, (a συνάγω, colligo; collectio, ut frugum Polyb. I, 17. 9. congregatio Polyb. IV, 7. 6. in N. T.) 1) *conventus* i. e. *locus congregationis, Versammlungsort* i. e. *locus publicus, in quo religionis ergo Judaei conveniebant, Synagoga.* Uti enim urbs Palaestinensis frequentior quaeque, si non plures, certe unam habebat Synagogam, ita earundem origines repetendae sunt ab exilio babylonico et,

quibus primum usi erant Judaei extra patriam viventes, earum tempore insequente et post Maccabaeorum, ut videtur, aetatem tantum apud Palaestinenses fuit exstruendarum studium, ut Hierosolyma, si fides habenda Rabbinis, CCCCLXXX, reliquae vero urbes certe unam haberent Synagogam. Positae illae erant antiquitus extra urbem in locis non solum editioribus, sed, quo facilius satisfieri posset legibus ad lotiones pertinentibus, littori vel fluviorum ripae adiacentibus. Habebantur in iis conventus sacri primum sabbato quoque et festis diebus, post vero secundo etiam et quinto die hebdomadum singularum et quemadmodum ad preces communiter faciendas ibi congregabantur mares, sede a feminis seiuncti, ita parte certa nunc Pentateuchi (Paraschen) nunc prophetarum (Haphtharen) nunc aliorum V. T. librorum (Megilloth) praelecta et ex sermone hebraico in syrochaldaicum translata, verba praelecta explicabantur et ad audientium animos applicabantur. Hasce orationes sacras vota bona excipiebant, quibus postquam coetus accinerat *ἀμήν*, concio dimittebatur. Cf. Joseph. Arch. XIX, 6. 3. de bell. iud. II, 14. 4. VII, 3. 3. — Matth. IV, 23. VI, 2. 5. IX, 35. X, 17. XII, 9. XIII, 54. XXIII, 6. 34. Marc. I, 21. 23. 29. 39. III, 1. VI, 2. XII, 39. XIII, 9. Luc. IV, 15. 16. 20. 28. 33. 38. 44. VI, 6. VII, 5. VIII, 41. XI, 43. XII, 11. XIII, 10. XX, 46. XXI, 12. Joh. VI, 59. XVIII, 20. Act. IX, 2. XIII, 5. 14. 42. 43. VI, 9. IX, 2. 20. XIII, 5. 14. XIV, 1. XV, 21. XVII, 1. 10. 17. XVIII, 4. 7. 19. 26. XIX, 8. XXII, 19. XXIV, 12. XXVI, 11. Jacob. II, 12. —

2) *coetus, conventus* i. e. *homines congregati* Act. XIII, 43. Apoc. II, 9. III, 9. Jac. II, 2. —

Συναγωνίζομαι, f. *ίσομαι*, (a *σύν* et *ἀγωνίζομαι*, certo; una c. aliquo certo Xen. Cyr. V, 4. 49. Aelian. V. H. XII, 43.) *adiuvo.* Semel in N. T. sq. dat. pers. et *ἐν* c. dat. negotii [v. *ἐν* p. 524.] Rom. XV, 30. (Diod. Sic. III, 73. Dem. 233, 19. 872, 20.)

Συναθλέω, ῶ, f. *ήσω*, (a *σύν* et *ἀθλέω* certo; adiutor sum pugnae vel certaminis) *certo* i. e. *vires intendo* a) sq. dat. commodi = *für etwas*, ut *τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου* Phil. I, 17. — b) sq. dat. pers. et *ἐν* c. dat. negotii [vid. *ἐν* p. 524.] Phil. IV, 3. quo loco alii *συναθλέω* vertunt: ***mala sustineo τινὶ cum aliquo.*** Vid. *ἀθλέω.*

Συναθροίζω, f. *οίσω*, (a *σύν* et *ἀθροίζω*) ***congrego.*** Ter in N. T., sq. accus. Luc. XXIV, 33. Act. XII, 12. XIX, 25. LXX pro הִקְהִיל Num. XX, 2. 8. עוּשׁ Joel. III, 11. קָבַץ 2 Sam. II, 25. (Dionys. Hal. Ant. X, 14. Polyb. III, 50. 3. Xen. Anab. VII, 2. 8.)

Συναίρω, f. *αρῶ*, (a *σύν* et *αἴρω* tollo; una cum alio tollo) ***confero, λόγον rationes confero,*** ter in N. T. Matth.

XVIII, 24. — sq. *μετά τινος* [vid. *μετά* p. 77.] v. 23. XXV, 19. (auxiliandi sens. Dem. 16, 5.)

Συναιχμάλωτος, *ου*, *ὁ*, (a *σύν* et *αἰχμάλωτος* captivus) ***una captivus, qui simul cum alio vinculis tenetur.*** Ter in N. T. Rom. XVI, 7. Col. IV, 10. Philem. v. 23.

Συνακολουθέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (ex *σύν* et *ἀκολουθέω*) ***una cum aliis sequor*** vel *comitor*, bis in N. T, sq. dat. *αὐτῷ* Marc. V, 37. Luc. XXIII, 49. (Xen. Cyr. VIII, 7. 5. *μετά τινος* Diod. Sic. XIII, 62., absol Lucian. Dial. Deorr. XX, 22. Dem. 1352, 10. Xen. Anab. III, 1. 4.)

Συναλίζω; f. *ίσω* (a *σύν* et *ἁλίζω*) ***congrego***, ***συναλίζομαι convenio.*** Extat tantum Act. I, 4. *συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς* = *συναλιζόμενος αὐτοῖς παρήγγειλεν αὐτοῖς* (Xen. Anab. VII, 3. 48. activum Xen. Cyr. I, 4. 14. Jamblich. vit. Pythag. §. 85.)

Συναναβαίνω, f. *βήσομαι*, (a *σύν* et *ἀναβαίνω*) ***simul cum aliquo adscendo***, bis in N. T. de hominibus, qui *τινί* i. e. una cum aliis *εἰς* i. e. in loca editiora, ut Hierosolymas, proficiscuntur Marc. XV, 41. Act. XIII, 31. LXX pro עָלָה 2 Chron. XVIII, 2. (*μετά τινος* 3 Esr. V, 3. *τινί* Aelian. V. H. III, 17. Xen. Anab. I, 3. 18.)

Συνανάκειμαι, f. *είσομαι*, (ex *σύν* et *ἀνάκειμαι* repono; apud seriores: recumbo cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 217.) ***una discumbo***, de iis, qui una epulabantur a) sq. dat. [vid. *συζάω*] Matth. IX, 10. Marc. II, 15. Luc. XIV, 10. — b) absolute Matth. XIV, 9 et Marc. VI, 22. 26. Luc. VII, 49. XIV, 15. (3 Macc. V, 39.)

Συναναμίγνυμαι, med. (verbi *συναναμίγνυμι* simul admisceo) ***admisceo*** vel ***immisceo me alicui*** pro: ***consortio et familiaritate alicuius utor, familiariter versor c. aliquo***, ter in N. T. a) sq. dat. pers., ut *πόρνοις* 1 Cor. V, 9. 2 Thess. III, 14. — b) absol. 1 Cor. V, 11. LXX pro הִתְבַּלֵּל Hos. VII, 8. (*συμμίγνυμί τινι* Dem. 885, 8. de concumbentibus Xen. Mem. I, 2. 20 et Symp. II, 5.)

Συναναπαύομαι, f. *σομαι*, (ex *σύν* et *ἀναπαύομαι* otio fruor, me recreo) ***recreo animum meum cum aliquo.*** Extat tantum Rom. XV, 32. *ἵνα συναναπαύσωμαι ὑμῖν.*

Συναντάω, *ῶ*, f. *ήσω*, (ex *σύν* et *ἀντάω* occurro) 1) ***occurro, obviam eo***, sq. dat. Luc. IX, 37. XXII, 10. Act. X, 25. Hebr. VII, 1. 10. LXX pro נִקְרָה Num. XXIII, 16. פָּגַשׁ Gen. XXXII, 17. פָּגַע Gen. XXXII, 1. (1 Macc. V, 25. Polyb. I, 52. 6. Xen. Anab. VII, 2. 5.) — 2) ***evenio*** Act. XX, 22. *τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς.* Ita LXX pro קָרָה Coh. II, 14. IX, 11. — Saepius non extat in N. T.

Συνάντησις, *εως*, *ἡ*, (a *συναντάω*) ***occursus, obviam itio.*** Semel in N. T. Matth. VIII, 34. *ἡ πόλις ἐξῆλθε εἰς συνάντησιν τῷ ἰησοῦ.* Ita LXX *ἐξέρχεσθαι εἰς συνάντησιν*

pro צֵאת לִקְרָאָה Gen. XIV, 17. (συνάντησις legitur Dionys. Hal. Ant. IV, 66.)

Συναντιλαμβάνομαι, f. λήψομαι, (ex σύν et ἀντιλαμβάνομαι vicissim capio; opitulor — propr. una cum aliquo aggredior aliquid, mit Hand ans Werk legen; recupero Diod. Sic. XIV, 8.) *adiuvo*, sq. dat. Luc. X, 40. Rom. VIII, 26.

Συναπάγω, f. άξω, (a σύν et ἀπάγω) *simul abduco* [propr. Xen. Cyr. VIII, 3. 23.] a) *abripiendi* sens. de iis, qui τῇ ὑποκρίσει τινός, τῇ πλάνῃ τινός ad eadem vitia abripiuntur, Gal. II, 13. 2 Petr. III, 17. de quo dat. admin. vid. *Winer* II. p. 71. *Matthiae* §. 396. p. 723 sq. — b) *συναπάγομαί τινι versor* vel *eo cum aliquo*, ut τοῖς ταπεινοῖς Rom. XII, 16. Saepius non legitur in N. T.

Συναποθνήσκω, a. 2. συναπέθανον (a σύν et ἀποθνήσκω) *cum aliquo morior*, i. e. a) *una cum aliquo morior*, τινί Marc. XIV, 31. — (Sirac. XIX, 13. Diod. Sic. XVII, 28.) — absol. 2 Cor. VII, 3. (Xen. Cyr. VIII, 7. 22.) — b) *pariter atque alius morior, sterben, wie ein andrer* 2 Tim. II, 11. Saepius non legitur in N. T.

Συναπόλλυμαι, a. 2. συναπωλόμην, (a συναπόλλυμι una perdo) *una vel simul cum aliquo pereo*, sq. dat. pers., ita semel in N. T. Hebr. XI, 31. — (Sirac. VIII, 15. Anthol. gr. T. III. p. 145. ed. *Jacobs* Lys. 438, ult. Dem. 907, 14.)

Συναποστέλλω, f. στελῶ, (ex σύν et ἀποστέλλω) *una mitto*. Legitur tantum 2 Cor. XII, 18. — (3 Esr. V, 2. Xen. Cyr. III, 3. 4. Dem. 53, 5.)

Συναρμολογέω, ῶ, f. ήσω, (ex σύν et ἁρμολογέω concinno, compingo) *coniungo, compingo*. Bis in N. T. Eph. II, 21. IV, 16.

Συναρπάζω, f. άσω, (ex σύν et ἁρπάζω rapio) *corripio*, i. e. *vi comprehendo aliquem*, a) de iis, qui corripiunt aliquem, ut ad iudicium, ad necem abducant eum, sq. accus. Act. VI, 12. XIX, 29. (Polyb. V, 41. 9. Herodian. VII, 1. 20. Lysias 444, 9.) — b) de genio malo vel morbo corripiente aliquem, sq. accus. Luc. VIII, 29. — c) de vento navem corripiente Act. XXVII, 15. (de aquila praedam corripiente Xen. Cyr. II, 4. 19.) LXX pro לָקַח Prov. VI, 25. — Saepius non habetur in N. T.

Συναυλίζομαι, f. ίσομαι, (a σύν et αὐλίζομαι pernocto, commoror) *simul commoror*. Semel e lect. vulg. Act. I, 4. (LXX Prov. XXII, 24.)

Συναυξάνομαι, med. (verbi συναυξάνω simul crescere facio, simul augeo, a σύν et αὐξάνω quod vid.) *simul cresco*. Legitur tantum Matth. XIII, 30. — (Xen. Cyr. VIII, 7. 6. Mem. IV, 3. 6. Herodian. I, 12. 8. Dem. 107, 27.) —

Σύνδεσμος, ου, ὁ, (a *συνδέω* colligo, vincio) 1) *vinculum, id, quod iungendi vim habet* Col. II, 19. — III, 14. ἀγάπη — τελειότητος vel: σύνδεσμος ὁ τέλειος [vid. ἁγιωσύνη] vel: *vinculum prodiens e perfectione*, cf. *Winer* p. 76. II. p. 60. *Matthiae* §. 367. p. 681.] — Eph. IV, 3. τηρεῖν — εἰρήνης = ἐν τῇ εἰρήνῃ τῇ συνδεσμευούσῃ. Cf. *Winer* p. 91. *Gesen.* p. 644, 2. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 293. — (Anthol. gr. T. III. p. 30. ed. *Jacobs.* Plut. vit. Numae c. 6. σύνδεσμος εὐνοίας καὶ φιλίας. Thuc. II, 75.) — 2) *fasciculus* [propr. Herodian. IV, 12. 11.] metaph. Act. VIII, 23. εἰς — σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα pro: σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα i. e. fere nostrum: *ein Ausbund von Bosheit.* Saepius non legitur in N. T.

Συνδέω, f. δέσω, (a σύν et δέω ligo) *una constringo.* Extat tantum Hebr. XIII, 2. ὡς συνδεδεμένοι i. e. *ut vinculorum socii, wie Mitgefangene.* (Lucian. Dial. Deorr. XVII, 2. Xen. H. G. II, 4. 5.)

Συνδοξάζω, f. άσω, (a σύν et δοξάζω quod v.) *una illustro aliquem, mit verherrlichen, gross und herrlich machen mit Jemandem = ad eandem dignitatem et felicitatem c. aliquo eveho,* ita semel in N. T. Rom. VIII, 17.

Σύνδουλος, ου, ὁ, *conservus*, i. e. *qui una cum altero servili est conditione* a) universe Matth. XXIV, 49. (Lucian. asin. §. 46. Herodot. II, 134. Lysias fragm. 36. Eurip. Med. v. 61. Aristoph. pac. 746.) — b) ex imperii apud orientis populos forma Matth. XVIII, 28. 29. 30. 33. Vide δοῦλος p. 326 sq. — c) qui una cum aliis doctrinam Jesu tradiderunt Col. I, 7. IV, 7. — vel qui c. aliis Jesum sequuntur Apoc. VI, 4. XIX, 10. XXII, 9. Vide δοῦλος. — Saepius non extat in N. T.

Συνδρομή, ῆς, ἡ, (a σύν et τρέχω a. 2. ἔδραμον) *concursus.* Legitur tantum Act. XXI, 30. (Judith. X, 18. 3 Macc. III, 8. Diod. Sic. XIII, 87. Aristot. Rhet. III, 10.)

Συνεγείρω, f. γερῶ, (a σύν et ἐγείρω excito, erigo LXX Exod. XXIII, 5. Phocyl. v. 132. κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον) *una c. altero excito* i. e. *pariter atque alterum in vitam revoco*, a) sq. dat. Col. III, 1. — b) τινὰ ἔν τινι i. e. *opera alicuius* [vid. ἐν p. 523.] — c) absol. Eph. II, 6. Uti nimirum Jesum in vitam revocavit Deus, ita religionis christianae ope τοὺς νεκροὺς τοῖς ἁμαρτήμασι ad vitam meliorem et beatiorem revocavit.

Συνέδριον, ίου, τό, (propr. consessus, ex σύν et ἕδρα) 1) *synedrium.* Appellatur ita in N. T. synedrium magnum i. e. iudicium supremum Judaeorum cognoscens de causis religionis et civilibus, LXXI assessores habens, cui praesidebat Pontifex maximus [הַנָּשִׂיא] vel ipse, vel vicarius eius [אַב בֵּית דִּין]. Congregabantur οἱ σύνεδροι ἐν τῇ βουλῇ vel

ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, necessitate tamen urgente in aedibus etiam pontificis maximi conveniebant Matth. XXVI, 3. 57. Joh. XVIII, 24. Quemadmodum in causis religionis mortis poenam decernere eandemque, sententia a Procuratore romano confirmata, sumere a reo solebant (Joh. XVIII, 31. XIX, 6.), ita, ex quo Romanorum imperio subiecta esset Judaea, ius vitae et necis ademtum iis erat civilibus in causis et rebus pertinentibus ad rempublicam. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 677. 678. — Legitur *συνέδριον* talmud. סַנְהֶדְרִין in N. T. a) propr. i. e. de cunctis assessoribus synedrii Matth. V, 22. XXVI, 59. Marc. XIV, 55. XV, 1. Joh. XI, 47. Act. V, 41. XXII, 30. XXIII, 1. 15. XXIV, 20. (de consessu consultantium *συνέδριον* legitur Polyb. I, 31. 8. Herodian. IV, 3. 21. Xen. H. G. VII, 1. 39.) — b) metonym. ***consessus assessorum synedrii*** et ***locus, in quo conveniebant***, ubi dicitur aliquis *ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν* Act. IV, 15. vel *στῆσαι τινὰ ἐν τῷ συνεδρίου* Act. V, 27. 34. vel: *ἀγαγεῖν τινὰ εἰς τὸ συνέδρ.* vel *καθέζεσθαι ἐν τῷ συνεδρ.* vel *κράζειν ἐν τῷ σ.* Luc. XXII, 66. Act. VI, 12. 15. XXIII, 6. vel *καταγαγεῖν τινὰ εἰς τὸ συνέδρ.* Act. XXIII, 20. 28. V, 21. cf. Jos. Arch. XIV, 9. (ita de loco, in quo conveniunt senatores vel consultantes Aelian. V. H. VIII, 12. Herodian. I, 14. 8. II, 12. 7. Xen. H. G. II, 4. 22.)

2) ***iudicium septem virorum***, a quo disceptabantur causae privatae et minores. Habuisse eiusmodi *συνέδριον* urbem quamque Judaeae, testis est Joseph. Arch. IV, 8. 14. — Matth. X, 17. Marc. XIII, 9. Saepius non legitur in N. T.

Συνείδω, 1) aor. 2. *συνεῖδον*, ***una cum alio vidi*** [propr. Polyb. I, 23. 3.] transfertur ad mentis oculos: ***bene intellexi, bene cognovi*** Act. XII, 12. *συνιδών* sc. *τὰ γενόμενα*. Act. XIV, 6. — (2 Macc. IV, 41. Polyb. I, 4. 6. Plut. vit. Solon. c. 25. Dem. 1351, 6.) — 2) perf. 2. *σύνοιδα* ***conscius sum***, *ἐμαυτῷ οὐδέν* 1 Cor. IV, 4. (Herodian. VII, 1. 3. Dem. 1471, 4. Xen. Mem. II, 9. 6.) — particip. Act. V, 2.

Συνείδησις, *εως*, *ἡ*, (a *σύνοιδα*) 1) ***conscientia*** i. e. a) ***mens, quid rectum, quid pravum, iudicans, illud ut facias, hoc ut fugias, adhortans, illud laudans, hoc improbans*** vel: ***das Bewustseyn des Verhältnisses meiner Sinnes- und Handlungsweise zum Sittengesetz*** aa) absolute, ut *διὰ τὴν σ.* Rom. XIII, 5. 1 Cor. X, 25. 27. 28. *κατὰ σ.* i. e. ***ratione habita τῆς σ.*** Hebr. IX, 9. *ὑπὸ τῆς σ.* Joh. VIII, 9. — bb) addito genit. pers. *α*) universe Rom. II, 15. 1 Cor. VIII, 7. 10. X, 29. 2 Cor. I, 12. Tit. I, 15. — *β*) *τοῦ θεοῦ* i. e. ***mens voluntatis divinae conscia*** 1 Petr. II, 19. — b) ***mens recte et male factorum sibi conscia*** aa) sq. genit. rei, ut *ἁμαρτιῶν* Hebr. X, 2. (Diod. Sic. IV, 65.) — bb) addito adiect. ut *ἀγαθή*, *καλή* i. e. ***mens recti sibi conscia*** Act. XXIII, 1. 1 Tim. I, 5. 19.

Ὑπάρχω, f. ξω, (ab ὑπό et ἄρχω; initium facio, ut ῆς ἐχθράς Dem. 1345, 7.) 1) *adsum, praesto sum* [de per-nis Xen. Cyr. I, 5. 5. Dem. 16, 18.] a) universe, ut *αἰτία* ct. XIX, 40. *ἀσιτία* XXVII, 21. *λιμήν* XXVII, 12. (Xen. ges. VIII, 1.) — addito ἔν τινι = *in vita et moribus ali-uius* Act. XXVIII, 18. Cf. ἐν p. 513. — b) imperson. *ὑπάρ-ει μοί τι, praesto est mihi aliquid* i. e. *habeo* vel *possi-o aliquid* Act. III, 6. IV, 37. XXVIII, 7. 2 Petr. I, 8. (Si-c. XX, 16. Jos. Ant. VII, 7. 3. Xen. Anab. II, 2. 11. Hero-ian. II, 10. 6.) — hinc *τὰ ὑπάρχοντά τινι, opes ali-uius* Luc. VIII, 3. Act. IV, 32. — *τὰ ὑπάρχοντα*, substant.: *oes*, sq. genit. pers. Matth. XIX, 21. XXIV, 47. XXV, 14. uc. XI, 21. XII, 15. 33. 44. XIV, 33. XVI, 1. XIX, 8. 1 Cor. III, 3. Hebr. X, 34. — (Cebet. tab. c. 7. Polyb. IV, 3. 1. eschin. 45, 27. Xen. Anab. VI, 4. 9.) cf. *Matthiae* §. 570. 1126. *Schäfer* ad Greg. Corinth. p. 139. *Lobeck* ad Soph. iac. p. 277. —

3) *sum, ich bin* A) copulat subiectum c. praedicato universe aa) interveniente substantivo vel participio sub-antive posito, ut *ἄρχων τῆς συναγωγῆς* Luc. VIII, 41. Act. I, 30. VII, 55. XVI, 3. XVII, 29. XXI, 20. 1 Cor. XII, 22.— b) per adiectiv., ut *μικρότερος ἐν ὑμῖν* [in mediis vobis i. e.] *ter vos* Luc. IX, 48. — 1 Cor. VII, 26. Jac. II, 15. (Diod. ic. IV, 11. Xen. Mem. II, 3. 1.) — cc) ope particip. Act. IX, 36. — dd) per pronom. relat., ut *ποταπός* 2 Petr. III, 1. — ee) interveniente praepositione, ut *πρός τινος* Act. XVII, 34. Vide *πρός* ab init. — b) partic. *ὑπάρχων, ὑπάρ-οντες*, iunct. c. substant. vel adiect. vel pronom. aa) statum t conditionem indicat, atque ita interseritur, ut verti possit: *um sit aliquis*, ubi nostrates: *als* [vid. *εἰμί* p. 393 sub b.] uc. XI, 13. Rom. IV, 19. 1 Cor. XI, 7. 2 Cor. VIII, 17. XII, 16. al. I, 14. II, 14. 2 Petr. II, 19. — bb) = *ὅς ὑπάρχει*, *ὑπάρχουσι* Luc. XVI, 14. XXIII, 50. Act. III, 2. [XIV, 8.] VI, 20. 37. XVII, 24. XXII, 3. — c) iunct. c. particip. alius erbi facit periphrasin verbi finiti Act. VIII, 16. — B) de ommoratione = *versor, ich befinde mich* a) sq. ἐν c. dat. rei el conditionis, ut ἐν *βασάνοις* Luc. XVI, 23. ἐν *μορφῇ* Phil. I, 6. ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τινός Act. V, 4. (Jos. Ant. VII, 15. 2.) —) sq. ἐν c. dat. loci Act. X, 12. Phil. III, 20. — c) sq. ἐν c. al. vestis Luc. VII, 25. — d) sq. ἐν c. dat. pers. Act. IV, 34.—) *μακρὰν ἀπό τινος* Act. XVII, 27. — C) sensu praegnanti: *xisto, ich bin vorhanden* [de personis Sirac. XLIV, 9.] de ebus: = *statt finden*, sq. ἐν c. dat. pers. 1 Cor. XI, 18. — aepius non extat in N. T.

Ὑπείκω, f. ξω, (ab ὑπό et εἴκω, cedo; cedo i. e. po-estati cedo, non diutius pugno Xen. H. G. V, 4. 45. Hero-ian. I, 15. 16.) *cedo* i. e. *auctoritati cedo, unterthänig seyn,*

ita semel in N. T. *non repugno* Hebr. XIII, 17. (Herodian. II, 13. 10.)

Ὑπεναντίος, ία, ίον, (ab ὑπό et ἐναντίος) *adversarius*, ὁ ὑπεναντίος *hostis*, ὑπεναντίος εἰμί, *adversor*. Bis in N. T. nunc absol. Hebr. X, 27. nunc sq. dat. Col. II, 14. — LXX pro אֹיֵב Gen. XXII, 17. צַר Jos. V, 13. קָם Exod. XV, 7. שֹׂנֵא Exod. I, 10. (Aelian. V. H. III, 40. Polyb. I, 11. 14. Xen. Cyr. I, 6. 38.)

Ὑπέρ, praepositio, quae, secum habens genit. et accus., significat: *super, über*,

I) *genit.* iuncta [uti primum dicitur de loco, super quo est aliquid Xen. Mem. I, 4. 6. vel super quo movetur aliquis vel aliquid Xen. Mem. III, 8. 9. cf. *Matthiae* §. 582. p. 1155 sq. *Buttm.* §. 134. *Fischer* ad Weller. Vol. III. P. II. p. 208. *Passow* II. p. 930. — ita porro] dicitur sic, ut sit:

1) *pro* i. e.. a) *in commodum alicuius*, ubi nos: *für*,

[qua significatione quemadmodum Graecis dicebatur primum de iis, qui inclinati super aliquo arcent vel arcere volunt aliquid ab aliquo cf. *Schäfer* ad Dem. T. I. p. 189 sq. *Winer* II. p. 135. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 769. *Buttm.* §. 134. — ita ad personas etiam refertur, quae in commodum alicuius faciunt aliquid Aelian. V. H. III, 25. Lucian. D. D. IV, 4. Xen. Cyr. II, 1. 21. VIII, 5. 25. Anab. VII, 7. 21. cf. *Buttm.* l. l. *Matthiae* l. l. p. 1155. *Fischer* l. l. p. 207. *Passow* l. l.] Ita legitur in N. T. aa) post vv. et substant., quibus inest *precandi* notio, sq. genit. pers., ut δεῖσθαι Act. VIII, 24. εὔχεσθαι Jac. V, 16. προςεύχεσθαι Matth. V, 44. Luc. VI, 28. Col. I, 9. δέησις Rom. X, 1. 2 Cor. IX, 14. 1 Tim. I, 1. 2. Eph. VI, 19. quo loco alternant ὑπέρ τινος et περί τινος cf. *Winer* l. l. — Phil. I, 4. προςευχή Act. XII, 5. Rom. XV, 30. 2 Cor. I, 11. — — bb) post vv., quibus dicitur aliquis *mala* vel *mortem subire*, aut *morti tradi* pro aliquo. Sunt tamen, qui in talibus explicant: *loco, anstatt.* Vide infra sub I. 1. b.] α) sq. genit. pers., ut ἀνάθεμα εἶναι Rom. IX, 3. ἀποθνήσκειν Joh. XI, 50. 51. 52. Rom. V, 6. 7 bis. v. 8. XIV, 15. 2 Cor. V, 14. 15 bis. 1 Thess. V, 10. ἀπολέσθαι Joh. XVIII, 14. βαπτίζεσθαι 1 Cor. XV, 29 bis. γεύεσθαι θανάτου Hebr. II, 9. γίνεσθαι κατάρα Gal. III, 13. διδόναι τινά vel τί Luc. XXII, 19. Tit. II, 14. addito ἀντίλυτρον 1 Tim. II, 6. ἐκχύνειν τὸ αἷμα Luc. XXII, 20. θύειν τὸ πάσχα 1 Cor. V, 7. κλᾶν τι 1 Cor. XI, 24. παραδιδόναι τινα Rom. VIII, 32. Gal. II, 20. Eph. V, 2. 25. πάσχειν τι 1 Petr. II, 21. III, 18. IV, 1. ποιεῖν τινα ἁμαρτίαν 2 Cor. V, 21. σταυροῦσθαι 1 Cor. I, 13. τιθέναι τὴν ψυχήν Joh. X, 11. 15. XIII, 37. 38. XV, 13. 1 Joh. III, 16 bis. — — β) sq. genit. rei, ut διδόναι τινά vel τι Joh.

VI, 51. ἐκδαπανᾶσθαι 2 Cor. XII, 15. παραδιδόναι Act. XV, 26. ὑποτιθέναι τὸν τράχηλον αὐτοῦ Rom. XVI, 4. — — cc) post εἶναι, sq. genit. pers. [tueri aliquem] *stare a partibus alicuius, favere alicui* Marc. IX, 40. Luc. IX, 10. — abest εἶναι Rom. VIII, 31. — *τὸ ὑπέρ τινος, id quod est in commodum alicuius = ratio* vel *adminiculum commodi alicuius iuvandi* Phil. IV, 10. — — dd) post vv. *dicendi* [sprechen], *conveniendi*, sq. genit. pers., ut ἐμφανίζεσθαι Hebr. IX, 24. ἐντυγχάνειν Rom. VIII, 27. 34. Hebr. VII, 25. λέγειν Act. XXVI, 1. ὑπερεντυγχάνειν Rom. VIII, 26. — — ee) post vv. et substant., studium, quo fertur aliquis in aliquem, vel laborem indicantia, susceptum pro aliquo, ubi nos: Eifer für etwas, sq. genit. pers. vel rei; ita ζῆλος 2 Cor. VII, 7. μεριμνᾶν 1 Cor. XII, 25. πόνος Col. IV, 13. σπουδή 2 Cor. VII, 12. VIII, 16. — — ff) universe, sq. genit. pers. vel rei, ita post ἁγιάζειν Joh. XVII, 19. ἀγρυπνεῖν Hebr. XIII, 17. ἀγωνίζεσθαι Col. IV, 12. διάκονός εἰμι τοῦ χριστοῦ I, 7. δύναμαί τι scil. ποιεῖν 2 Cor. XIII, 8. εἰσέρχεσθαι Hebr. VI, 20. καθίσταμαί τις Hebr. V, 1. πρεσβεύω Eph. VI, 20. προσφέρω θυσίαν Act. XXI, 26.

b) *loco*, ubi nos: *anstatt*,

cf. *Matthiae* l. l. p. 1155. *Passow* l. l. *Fischer* l. l. p. 206. *Herm.* ad Vig. p. 863. — sq. genit. pers., ita post διακονέω Philem. v. 13. πρεσβεύω 2 Cor. V, 20. Eph. V, 20. alii in his locis, ut in verbis δεῖσθαι ὑπέρ τινος 2 Cor. V, 20 explicant: *propter*. — Referuntur huc etiam a multis loci supra sub num. a. allati: Luc. XXII, 19. 20. Rom. V, 6. 8. VIII, 32. XIV, 15. 1 Cor. I, 13. V, 7. 2 Cor. V, 4. 15. — ποιεῖν τινα ἁμαρτίαν v. 20. — Gal. II, 20. III, 13. Eph. V, 2. 1 Thess. V, 10. 1 Tim. II, 6. Tit. II, 14. Hebr. II, 9. 1 Petr. II, 19. III, 18. IV, 1. Vid. *Bretschneider* lex. N. T. sub ὑπέρ. — (Sirac. XXIX, 15. Eurip. Alcest. v. 701. Polyb. III, 67. 7.) —

2) refertur ad obiectum, de quo dicitur aliquid, sic, ut sit:

de i. e. a) *von, über,*

cf. *Matthiae* l. l. p. 1155. *Buttm.* §. 134. *Fischer* l. l. p. 208. *Passow* l. l. p. 930. *Ast* ad Theophr. char. p. 249. — Ita legitur aa) post vv. *dicendi*, et post substant. his vv. cognata, sq. genit. rei, ut καυχᾶσθαι 2 Thess. I, 4. — sq. gen. pers., ut καυχᾶσθαι 2 Cor. V, 12. καύχημα IX, 3. καύχησις VII, 4. 14. VIII, 24. IX, 2. XII, 5. [illegible] Rom. IX, 27. — 2 Cor. VIII, 23. [illegible] — (Aelian. V. H. XIII, 1. The[illegible] προνοεῖσθαι ὑπέ[illegible] vv. et sub[illegible]

dicitur, sq. genit. pers., ita post ἐλπίς 2 Cor. I, 7. φρονεῖν Phil. I, 7. —

b) *quod attinet ad* = περί τινος

cf. *Matthiae* l. l. p. 1156. *Passow* l. l. — 2 Cor. I, 8. 2 Thess. II, 1 coll. 1 Cor. XII, 1. (Dem. 554, 11.)

3) refertur ad causam vel rationem = Latinorum:

propter, nos: *wegen*,

cf. *Matthiae* l. l. p. 1156. *Fischer* l. l. p. 207. (Isocr. Evag. c. 11. Aeschin. 4, 35. Xen. Anab. I, 7. 3. Cyr. I, 4. 12.) — a) post vv. quibus dicitur locum habere aliquid vel accidere, contingere alicui aliquid, item post substantiva his verbis cognata, sq. genit. rei vel personae, ita post ἀποθνήσκειν Act. XXI, 13. 1 Cor. XV, 3. ἀτιμάζεσθαι Act. V, 41. γίνεσθαί τι Rom. XV, 8. θλίβεσθαι 2 Cor. I, 6. λαμβάνειν Rom. I, 5. παρακαλεῖσθαι 2 Cor. I, 6. πάσχειν Act. IX, 16. Phil. I, 29. 2 Thess. I, 5. ἐστί τι ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ i. e. *gloriae divinae illustrandae causa* Joh. XI, 4. Cf. *Winer* II. p. 135. — δέσμιος Eph. III, 1. θλίψις Col. I, 24. Eph. III, 13. παθήματα Col. I, 24. στενοχωρία 2 Cor. XII, 10. — — b) post vv. δοξάζειν, εὐχαριστεῖν, ubi Lat. *propter*, etiam *pro*, sq. genit. rei vel pers. Rom. XV, 9. — I, 8. 1 Cor. X, 30. 2 Cor. I, 11. Eph. I, 16. V, 20. — — c) post vv. *rogandi*, ubi Lat. *propter*, etiam *per*, nos: *bei*, *wegen*, ita δεῖσθαι 2 Cor. V, 20. (Apollon. Rhod. III, 701. Hom. Iliad. XXIV, 465.) cf. *Matthiae* l. l. p. 1156. *Passow* l. l. *Fischer* l. l. p. 210. *Herm.* ad Vig. p. 863. — d) universe, ut ἀναφέρειν θυσίαν Hebr. VII, 27. βαπτίζεσθαι 1 Cor. XV, 29. quo l. alii: *in commodum, pro.* — ἐξέρχεσθαι 3 Joh. v. 7. λαλεῖν 2 Cor. XII, 19. παραδιδόναι Act. XV, 26. alii: *pro, in commodum.* — προσφέρειν θυσίαν Hebr. V, 1. 3. IX, 7. X, 12. φυσιοῦσθαι 1 Cor. IV, 6. — e) de causa interna, ubi Lat.: *vi, pro,* nos: *vermöge, kraft*, ita ἐνεργεῖν τι ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας αὐτοῦ Phil. II, 13. Vid. *Winer* II. p. 136.

II) *accusat.* iuncta:

super, darüber hinaus, über

[propr. i. e. de loco Paus. X, 36. 4. Polyb. III, 84. 9. Herodot. V, 114. cf. *Matthiae* l. l. p. 1156. *Buttm.* §. 134. *Fischer* l. l. p. 209. *Winer* p. 163. *Passow* l. l.] Legitur in N. T. ita, ut *modum* indicet, quem excedit aliquis vel aliquid, ubi Lat. *supra, ultra, magis quam, plus quam* (Diod. Sic. I, 70. XIII, 21. Polyb. III, 79. 8. Lucian. D. D. VI, 5. Dem. 1045, 6. Xen. Mem. IV, 3. 8.) — Ita a) εἰμὶ ὑπέρ τινα vel ὑπέρ τι i. e. *praesto aliquo, supero aliquem, praestantior sum aliquo*, hinc εἰμὶ ὑπὲρ πάντα *summus sum*, sq. accus. rei vel pers., nunc plene Matth. X, 24 bis. Luc. VI, 40. — nunc minus

plene i. e. abest ὤν Phil. II, 9. Eph. I, 22. Philem. v. 16. — b) universe i. e. post vv. cuiuscunque generis, ut βαρεῖσθαι, item facere aliquid ὑπὲρ δύναμιν 2 Cor. I, 8. VIII, 3. λογίζεσθαι ὑπὲρ ὅ = ὑπὲρ τοῦτο ὅ 2 Cor. XII, 6. πειράζειν 1 Cor. X, 13. λάμπειν Act. XXVI, 13. ποιεῖν Philem. v. 21. Eph. III, 22. φιλεῖν Matth. X, 37. φρονεῖν 1 Cor. IV, 6. — c) additur comparativis aa) adiectivorum, ut Luc. XVI, 8. Hebr. IV, 12. Cf. ad μᾶλλον p. 45 adnotata. — bb) verborum, comparativi notionem includentium, ut ἡττᾶσθαι [modum enim excedit, tum qui plus iusto extollit, tum qui plus iusto deprimit aliquem cf. *Winer* p. 163.] 2 Cor. XII, 13. προκόπτω Gal. I, 14. — d) absque rectione et adverbialiter legitur 2 Cor. XI, 23. ὑπὲρ ἐγώ i. e. *ego multo magis*. Cf. *Matthiae* §. 594, 1. p. 1188. *Buttm.* §. 134, not. 9. *Fischer* l. l. p. 209. — Saepius non legitur in N. T.

III) in *compositione* 1) de loco: *super, supra*, ut ὑπεραίρω, ὑπέρακμος, ὑπερβαίνω. — 2) de auxilio, ut ὑπερεντυγχάνω. — 3) de modo, quem excedit aliquid, ut ὑπερβάλλω, ὑπερεκτείνω. — 4) intendit vel anget, ut ὑπεραυξάνω, ὑπερεκχέω, ὑπερπερισσεύω. Cf. *Passow* l. l. *Viger*. p. 668. *Fischer* l. l. p. 210. —

Ὑπεραίρομαι, med. [verbi ὑπεραίρω effero vel extollo super aliquid, ich hebe über etwas, intrans. ich erhebe mich über etwas, ita de aqua exundante Dem. 1274, 20.] *efferor*, metaph. *ich überhebe mich*. Ter in N. T. nunc absol. 2 Cor. XII, 7 bis. — nunc sq. ἐπί τινα 2 Thess. II, 4. — 2 Macc. V, 23. Anthol. gr. T. IV. p. 11. ed. *Jacobs*.)

Ὑπέρακμος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ὑπέρ super, supra et ἀκμή cuspis, metaph. flos aetatis Polyb. X, 24. 5.) *qui excessit florem aetatis, exoletus*. Semel in N. T. 1 Cor. VII, 36.

Ὑπεράνω, adv. (ex ὑπέρ et ἄνω) *supra*, sq. genit. vid. *Matthiae* §. 576. p. 1136. — Ter in N. T. a) de loco — ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν Eph. IV, 10. — Hebr. IX, 5. LXX pro מִלְמַעְלָה Gen. VII, 20. עַל Ps. VIII, 6. absolute Lucian. Dial. Deorr. IV, 3. — seq. genit. Aelian. V. H. IX, 7.) — b) de dignitate, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς Eph. I, 21. (LXX Deut. XXVI, 19. XXVIII, 1.) —

Ὑπεραυξάνω, (ab αὐξάνω augeo et ὑπέρ intendente) *magis magisque cresco, maiora incrementa capio*. Extat tantum 2 Thess. I, 3.

Ὑπερβαίνω, f. βήσομαι, (ab ὑπέρ et βαίνω, transeo, traiicio aliquem Xen. de re eq. VII, 2.) intrans. *transgredior*, metaph. *violo, laedo*. Semel in N. T. 1 Thess. IV, 6. — pro עָבַר 2 Regg. XVIII, 2. Jerem. XXXIV, 18. ubi LXX παραβαίνειν. (Diod. Sic. XVI, 53. XVII, 34. Aeschin. 23, 30. Dem.

153, 4. propr. ὑπερβαίνω legitur Dem. 1380, 8. Xen. Ages. II, 22. Herodian. VI, 2. 3. Pausan. IV, 25. 1.)

Ὑπερβαλλόντως, adv. (ab ὑπερβάλλω quod v.) *supra modum, vehementer.* Semel in N. T. 2 Cor. XI, 23. — (LXX Job. XV, 11. Herodian. III, 11. 8. Polyb. V, 43. 8. Xen. Ages. I, 36.)

Ὑπερβάλλω, f. βαλῶ, (ab ὑπέρ et βάλλω, iacio; iacio super vel trans; supero, intrans. pro: traiicio, ut montem Xen. Anab. IV, 4. 20.) *supero,* particip. ὑπερβάλλων, ουσα, ον, *excellens, eximius,* ita quinquies in N. T. 2 Cor. III. 10. IX, 14. Eph. I, 19. II, 7. — sq. genit. pendente a comparationis notione, latente in hoc voc. [cf. *Matthiae* §. 358. 2. p. 672.] Eph. III, 19. (2 Macc. IV, 13. Diod. Sic. T. IX. p. 385. ed. *Bip.* Xen. Hier. XI, 2.)

Ὑπερβολή, ῆς, ἡ, (ab ὑπερβάλλω, quod v. τὸ superare i. e. traiectio, ut fluminis, montis Polyb. III, 34. 6.) *praestantia* 2 Cor. XII, 7. τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. 2 Cor. IV, 7. ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως pro: ἡ ὑπερβάλλουσα δύναμις. Cf. sub ἁγιωσύνη observata.— (Jos. Ant. I, 13. 4.) — καθ᾽ ὑπερβολὴν adverbialiter: *mirum in modum, maxime* [Diod. Sic. II, 48.] Rom. VII, 13. 1 Cor. XII, 31. 2 Cor. I, 8. Gal. I, 13. — 2 Cor. IV, 17. καθ᾽ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν i. e. *longe maxime.* Cf. κατά p. 800 et εἰς p. 429. — Diod. Sic. XVII, 47. Aeschin. 62, 19. coll. Aelian. V. H. IV, 20. Polyb. VIII, 17. 8.) — Saepius non legitur in N. T.

Ὑπερείδω, a. 2. ὑπερεῖδον, (ab ὑπέρ et εἴδω) *supervideo, ich sehe drüber hin,* metaph. *non animadverto, videre nolo.* Semel in N. T. Act. XVII, 30. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδών. LXX pro אֶעְלִים Levit. XX, 4. Deut. XXII, 3. (negligendi sens. Tob. IV, 3. Sirac. XXXV vel XXXII, 14. Dionys. Hal. Ant. II, 66. contemnendi sens. Aelian. V. H. II, 30. Marc. Antonin. V, 31. Xen. Ages. VIII, 4.)

Ὑπερέκεινα, [hyphe τοῦ: ὑπὲρ ἐκεῖνα sc. μέρη cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 288. 289. ed. *Schäfer.* tractatur ut] adv. sq. genit. *ultra, trans.* Legitur tantum 2 Cor. X, 16. Adeo haec vox improbatur Thom. Magist. p. 336. ut μόνων τῶν συρφάκων esse iudicet. Cf. Lamb. Bos. l. l. p. 290.

Ὑπερεκπερισσοῦ, adv. (ex ὑπέρ, ἐκ et περισσός quod v.) *valde, ultra modum, quam maxime, quam vehementissime.* Ter in N. T. Ephes. III, 20. 1 Thess. III, 10. V, 13. LXX pro יַתִּירָה Dan. III, 23.

Ὑπερεκτείνω, f. τενῶ, (ab ὑπέρ et ἐκτείνω, extendo) *ultra modum extendo.* Semel in N. T. οὐ γὰρ — ὑπερεκτείνομεν ἑαυτοὺς *non ultra modum nos extendimus:* Sens. *fines nostros non transsilimus* 2 Cor. X, 14. (Lucian. Eunuch. 2.)

Ὑπερεκχύνομαι, (ab ὑπερεκχύνω supra modum ef-
ndo) *superfluo.* Semel in N. T. Luc. VI, 38. μέτρον ὑπερ-
χυνόμενον. LXX pro הֵשִׁיק Joel. II, 24. — De forma χύνω
rammaticis improbata v. *Lobeck* ad Phryn. p. 726.

Ὑπερεντυγχάνω, (ab ἐντυγχάνω quod v. et ὑπὲρ
·o) *adeo aliquem pro aliquo, adiuvo aliquem, causam ali-
ius ago,* sq. ὑπέρ τινος. Legitur tantum Rom. VIII, 26.

Ὑπερέχω, (ab ὑπέρ et ἔχω habeo, teneo; teneo supra
iquem Hom. Iliad. II, 426. χεῖρά τινι de tuente Anthol. gr.
I. p. 193 *Jacobs.* Apollon. Rhod. III, 986.) *emineo, supero*
ropr. i. e. ich gehe über etwas herauf oder hervor, ich rage
npor Xen. Cyr. VII, 5. 8. Polyb. XXXIV, 6. 8.] metaph. i. e.
cello, praestantior sum a) universe aa) sq. genit. personae
dat. rei cf. *Matthiae* §. 356, 2. p. 672 et §. 400, 7.
732. — Phil. II, 3. τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμε-
ι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. (Diod. Sic. XVII, 77. Herodian. IV,
5. 11. Xen. Venat. I, 11.) — bb) sq. accus. personae cf.
Matthiae §. 318, not. p. 673. — Phil. IV, 7. ἡ ὑπερέχουσα
ἄντα νοῦν. (Diod. Sic. III, 22. Xen. H. G. VI, 1. 4.) —
nil. III, 8. διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, quo loco τὸ ὑπερ-
ον i. q. ὑπεροχή. Cf. de particip. loco nominum positis et
sciscentibus genitivum ad ὑπάρχω observata. — b) de iis,
ii dignitate et potentia alios superant, ὑπερέχων, *poten-
or, is, qui praeest* Rom. XIII, 1. 1 Petr. II, 13. — (Sapient.
, 5. Herodian. IV, 9. 4. Polyb. XXVIII, 4. 9.) Saepius non
gitur in N. T.

Ὑπερηφανία, ας, ἡ, (ex ὑπέρ et φαίνομαι) *super-
a.* Extat tantum Marc. VII, 22. LXX גָּאוֹן Prov. VIII, 13.
Dan. IV, 37. (Diod. Sic. XVII, 13. Cebet. Tab. c. 23. Po-
. VI, 18. 5. Dem. 577, 16. Xen. Cyr. V, 2. 27.)

Ὑπερήφανος, ον, ὁ, ἡ, (ab ὑπέρ et φαίνομαι con-
cior; propr. supereminens) *superbus, animo elatus.* Quin-
ies in N. T. Luc. I, 51. διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ
ρδίας. Rom. I, 30. 2 Tim. III, 2. Jacob. IV, 6. 1 Petr. V, 5.
X pro זֵד Ps. CXIX, 21. גַּאֲוָה Job. XL, 12. (Diod. Sic. IV, 13.
lian. V. H. XII, 63. Dem. 42, 27. Xen. Mem. I, 2. 25.)

Ὑπερλίαν, adv. (ex ὑπέρ et λίαν valde) *supra quam
lde,* cum artic. periphrasin facit adiectivi cf. ad ἔσω mo-
a. — ὁ ὑπερλίαν, *eximius.* Ita bis in N. T. 2 Cor. XI, 5.
I, 11. — De vocabulis compositis e praepositione et ad-
rbio cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 45—48. Simile est ὑπέρευ,
od habent Xen. Hiero. VI, 9 et Dem. pro coron. c. 5. p. 228,
. ed. *Reisk.*

Ὑπερνικάω, ῶ, f. ήσω, (ex ὑπέρ augendi vim ha-
nte et νικάω superior discedo, supero) *longe superior sum,
ltum supero.* Semel in N. T. Rom. VIII, 37. — (Leo Ta-
c. XIV, 25. Socrates H. E. III, 21.)

Ὑπέρογκος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ὑπέρ et ὄγκος tumor) *praetumidus*, metaph. de dictis hominum superbia inflatorum 2 Petr. II, 18. Jud. v. 16. (proprie legitur haec vox Aelian. V. H. XIII, 1. Xen. H. G. V, 4. 58.) Saepius non reperitur in N. T.

Ὑπεροχή, ῆς, ἡ, (ab ὑπερέχω quod v. eminentia Diod. Sic. XII, 41. Polyb. III, 104. 3.) *eminentia* i. e. *praestantia*, ut λόγου 1 Cor. II, 1. (2 Macc. XIII, 6. Polyb. V, 45. 1.) — οἱ ἐν ὑπ. ὄντες i. e. *dignitate conspicui, potentes* 1 Tim. II, 2. — (2 Macc. III, 11. Diod. Sic. IV, 41. Polyb. V, 41. 1.) Saepius non extat in N. T.

Ὑπερπερισσεύω, f. εύσω, (ex ὑπέρ et περισσεύω abundo, excello; propr. multum abundo) 1) *multum excello, longe praestantior sum* Rom. V, 20. ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. — 2) ὑπερπερισσεύομαι *abunde fruor, abundo*, χαρᾷ [cf. *Matthiae* §. 400, 6. p. 731. *Winer* p. 84.] 2 Cor. VII, 4.

Ὑπερπερισσῶς, adv. (ex ὑπέρ et περισσῶς quod vid.) *superabundanter, vehementissime.* Legitur tantum Marc. VII, 37.

Ὑπερπλεονάζω, f. άσω, (ex ὑπέρ et πλεονάζω quod v.) *longe copiosior sum.* Extat tantum 1 Tim. I, 14.

Ὑπερυψόω, ῶ, f. ώσω, (ab ὑπέρ et ὑψόω) i. q. ὑψόω sed fortius: *in altum eveho*, sq. accus. de dignitate, ad quam evehitur aliquis. Ita semel in N. T. Phil. II, 9. — LXX pro נַעֲלָה Ps. XCVII, 9. (Cantic. trium puerorr. v. 28. 29.)

Ὑπερφρονέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑπέρ et φρονέω) *praeclarius iusto statuo, immodeste de me sentio, nimios spiritus sumo.* Semel in N. T. Rom. XII, 3. — (Joseph. Arch. I, 11. 1 et 4. Polyb. VI, 18. 7.)

Ὑπερῷον, ου, τό, (ab ὑπερῷος superior, superus, ut θάλαμος Plut. Pelop. c. 35. i. q. ὕπερος) *superior pars aedium* i. q. ἀνάγαιον vel ἀνώγεον [Hom. Iliad. II. 514. XVI 515. Lysias 27, 2. Antiphon. 611, 5. et plene i. e. ὑπερῷον οἴκημα Lucian. in Asino p. 107.] Dicebatur apud Hebraeos ὑπερῷον hebr. עֲלִיָּה conclave super tectum domus planum exstructum [ein Erker über dem platten Dache des morgenländischen Hauses, mit zwei Ausgängen versehen, davon einer in das Haus, der andere durch eine Treppe unmittelbar auf die Strasse führte. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 275. et *Gesen.* hebr. deutsch. Wörterb. sub עֲלִיָּה.] Huc secedere solebant Judaei coenandi, orandi, confabulandi, meditandi causa Act. I, 13. 14. IX, 37. 39. XX, 8.

Ὑπέχω, f. ὑφέξω, (ab ὑπό et ἔχω) *sustineo*, [proprie i. e. drunter halten, ut χεῖρα Hom. Iliad. VII, 188.] metaph. ut δίκην = *poenas do, poenas luo.* Ita semel Jud. v. 7. (2 Macc. IV, 48. Diod. Sic. XI, 86. Polyb. XII, 8. 5. Aelian.

V. H. II, 4. Herodian. I, 8. 12. Xen. Mem. II, 1. 8 et Anab. V, 8. 18.)

Ὑπήκοος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ὑπακούω) *audiens* i. e. *dicto audiens, obediens.* Ter in N. T. a) sq. dat. Act. VII, 39. (Xen. Cyr. II, 4. 22.) — b) absol. Phil. II, 9. (Plut. vit. Pelop. c. 27. Xen. Mem. III, 4. 9.) — c) sq. εἴς τι, *in Bezug auf etwas* [vid. εἰς p. 435.] 2 Cor. II, 9.

Ὑπηρετέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑπό et ἐρέσσω, vel ἐρέττω remigo; propr. subremigo, remigis officio fungor Diod. Sic. II, 51.) *ministro* i. e. *commodis alicuius inservio.* Ter in N. T. sq. dativo Act. XIII, 36. XX, 34. XXIV, 23. (Siracid. XXXIX, 4. Diod. Sic. I, 70. Herodian. II, 11. 18. Xen. Mem. II, 4. 7 et Cyr. IV, 6. 6 et 8.)

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, (ab ὑπό et ἐρέτης remex; remigum genus Dem. 1209, 11.) *minister, Diener, Aufwärter.* Dicitur in N. T. a) de ministris publicis quibusdam, ut de commentariensi vel poenarum exactore Matth. V, 25. (de lictore habet Dionys. Hal. Ant. V, 2. X, 32.) — de ministro synagogae, Synagogenaufwärter Luc. IV, 20. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 677. — de synedrii ministris Matth. XXVI, 58. Marc. XIV, 54. 65. Joh. VII, 32. 45. 46. XVIII, 3. 12. 18. 22. XIX, 6. Act. V, 22. 26. — b) universe, de quocunque operam suam navante Luc. I, 2. ὑπηρέται λόγου. Act. XIII, 5. XXVI, 16. 1 Cor. IV, 1. (Sapient. VI, 4. Xen. Anab. I, 9. 8.) Saepius non legitur in N. T.

Ὕπνος, ου, ὁ, *somnus* a) propr. Matth. I, 24. Luc. IX, 32. Joh. XI, 13. Act. XX, 9. LXX ita pro שֵׁנָה Gen. XXVIII, 16. (Sirac. XXII, 7. Aelian. V. H. II, 35. Herodian. II, 1. 12. Dem. 320, 5. Xen. Mem. II, 6. 1.) — b) metaph. ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι pro: *pristinae segnitiei renuntiare,* de hominibus, hactenus segnibus in virtutis studio Rom. XIII, 11. — Saepius non legitur in N. T.

Ὑπό, praepositio, secum habens in N. T. *genit.* et *acc.,* significat *sub, unter.*

I) iuncta c. genit. [et pertinens proprie ad ea, quae fiunt *sub* i. e. *unterhalb*, ut Hesiod. Theogon. v. 669. ὁ — ὑπὸ γῆς χρυσός Plato legg. V. Tom. II. p. 778, a. cf. *Buttm.* §. 134. *Matthiae* §. 592. p. 1186. *Passow* II. p. 946. *Winer* p. 154.]

1) refertur ad personas et res, a quibus, habentibus quasi aliquem sub potestate sua, fieri dicitur aliquid. In quibus quemadmodum persona vel res, casu secundo sequens praepositionem ὑπό, cogitatur efficiens [„ὑπό indicat actionem aliquam eius, a quo quid fieri dicitur" *Herm.* ad Vig. p. 863.], ita subiectum ab eadem re vel persona pendere

eiusque potestati subesse animo fingitur. Utuntur Lat. in talibus

1) *a, ab,* nostrates: *von.*

Legitur ita A) post vv. *passiva* cf. *Passow* l. l. p. 946. *Matthiae* l. l. p. 1185. *Buttm.* §. 134 coll. §. 121, 2. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 276. *Viger.* p. 669. *Herm.* ad Vig. l. l. *Winer* p. 154. — a) universe aa) sq. genit. pers., ut *ἀγαπᾶσθαι* Joh. IV, 21. 1 Thess. I, 3. 2 Thess II, 13. *αἴρεσθαι* Marc. II, 3. *ἀνάγεσθαι* Matth. IV, 1. *ἀναγινώσκεσθαι* 2 Cor. III, 2. *ἀναιρεῖσθαι* Act. XXIII, 27. *ἀνακρίνεσθαι* 1 Cor. II, 25. IV, 3. XIV, 24. *ἀναλίσκεσθαι* Gal. V, 15. *ἀποδοκιμάζεσθαι* 1 Petr. II, 4. *ἀπολέσθαι* 1 Cor. X, 10. *ἀποστέλλεσθαι* Luc. I, 26. *ἀποφέρεσθαι* Luc. XVI, 22. *βαπτίζεσθαι* Matth. III, 3. 13. 14. Marc. I, 5. 9. Luc. III, 7. VII, 29. *βαστάζεσθαι* Act. XXI, 25 *βεβαιοῦσθαι* Hebr. II, 3. *γινώσκεσθαι* Joh. X, 14. 1 Cor. VIII, 3. Gal. IV, 9. *δηλοῦσθαι* 1 Cor. I, 11. *διακονεῖσθαι* 2 Cor. III, 3. VIII, 19. 20. *διασπᾶσθαι* Marc. V, 4. Act. XXIII, 10. *δίδοσθαι* Act. XXIV, 26. Rom. XV, 15. *δοκιμάζεσθαι* 1 Thess. II, 4. *δοξάζεσθαι* Matth. VI, 2. Luc. IV, 15. *ἐγκαλεῖσθαι* Act. XXVI, 1. 7. *ἐλαύνεσθαι* Luc. VIII, 29. *ἐλέγχεσθαι* Luc. III, 15. Joh. VIII, 9. 1 Cor. XIV, 24 Hebr. XII, 5. *ἐλεεῖσθαι* 1 Cor. VII, 25. *ἐμπαίζεσθαι* Matth. II, 16. *ἐξουδενεῖσθαι* Act. IV, 11. *ἐξουσιάζεσθαι* 1 Cor. VI, 12. *ἐπικαλεῖσθαι* Act. IV, 36. *ἐρωτᾶσθαι* Luc. XVII, 20. *ἑτοιμάζεσθαι* Matth. XX, 23. *εὐαγγελίζεσθαι* = *διδάσκεσθαι* Gal. I, 11. *εὐλογεῖσθαι* Hebr. VII, 7. *εὐνουχίζεσθαι* Matth. XIX, 12. *ζωγρεῖσθαι* 2 Tim. II, 26. *θεαθῆναι* Marc. XVI, 11. *θεραπεύεσθαι* Luc. V, 15. VIII, 43. *καλεῖσθαι* Matth. XXIII, 7. Luc. II, 21. XIV, 8 bis, Hebr. V, 4. *καταγγέλλεσθαι* Act. XVII, 13. *καταδυναστεύεσθαι* Act. X, 38. *καταλαμβάνεσθαι* Act. XXIV, 14. Phil. III, 12. *καταπατεῖσθαι* Matth. V, 13. *κατασκευάζεσθαι* Hebr. II, 4. *κατηγορεῖσθαι* Matth. XXVII, 12. *κρίνεσθαι* Act. XVI, 4 1 Cor. XI, 32. *κρύπτεσθαι* Hebr. XI, 23. *κωλύεσθαι* Act. XVI, 6. *λαλεῖσθαι* Luc. II, 18. Act. XVI, 14 XVII, 19. Hebr. IX, 19. *λέγεσθαι* Luc. IX, 7. 8. Act. VIII, 6. XIII, 45. XXVII, 11. Eph. II, 11. *μαρτυρεῖσθαι* Act. X, 22. XVI, 2. XXII, 12. Rom. III, 21. 2 Joh. v. 12. *μισεῖσθαι* Matth. X, 22. XXIV, 9. Marc. XIII, 13. Luc. XXI, 17. *ὁρίζεσθαι* Act. X, 42. *ὀχλεῖσθαι* Luc. VI, 19. Act. V, 16. *παραδίδοσθαι* Matth. XI, 27. Luc. X, 22. XXI, 16. Act. XV, 40. *παρακαλεῖσθαι* 2 Cor. I, 4. *πειράζεσθαι* Matth. IV, 1. Marc., I, 13. Luc. IV, 2. *πλεονεκτεῖσθαι* 2 Cor. II, 11. *προβιβάζεσθαι* Matth. XIV, 8. *προειρῆσθαι* 2 Petr. III, 2. Jud. v. 17. *προκυροῦσθαι* Gal. III, 17. *προπέμπεσθαι* Rom. XV, 24. 2 Cor. I, 16. *προχειροτονεῖσθαι* Act. X, 41. *προςαγορεύεσθαι* Hebr. V, 10. *προςτάσσεσθαι* Act. X, 33. *πτύρεσθαι* Phil. I, 28. *ῥηθῆναι* Matth. I, 22. II, 15. 17. III, 3. XXII, 31. *συνίστασθαι* 2 Cor. XII, 11. *συλλαμβάνεσθαι* Act.

XXIII, 27. τάσσεσθαι Rom. XIII, 1. φέρεσθαι 2 Petr. II, 21. χαρισθῆναι 1 Cor. II, 12. χειραγωγεῖσθαι Act. XXII, 11. χρηματίζεσθαι Luc. II, 26. Act. X, 22. — sq. genit. nominis collectivi, ut ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποδέχεσθαι Act. XV, 4. προπέμπεσθαι v. 3. προςευχὴ γίνεται XII, 5. χειροτονεῖσθαι 2 Cor. VIII, 19. κυκλοῦσθαι ὑπὸ στρατοπέδων Luc. XXI, 20. (Diod. Sic. I, 8 et 15 et 98. Aelian. V. H. IV, 8. Xen. Mem. I, 5. 1. IV, 4. 4. Anab. VII, 2. 22.) — bb) sq. genit. rei, ita post ἀπολέσθαι 1 Cor. X, 9. βασανίζεσθαι Matth. XIV, 24. δελεάζεσθαι et ἐξέλκεσθαι Jac. I, 14. ἐλαύνεσθαι Jac. III, 4. 2 Petr. II, 17. ἐλέγχεσθαι Eph. V, 13. Jac. II, 9. καλύπτεσθαι Matth. VIII, 24. καταπίνεσθαι 2 Cor. V, 4. καταπονεῖσθαι 2 Petr. II, 7. κρατεῖσθαι Act. II, 24. κρίνεσθαι 1 Cor. X, 29. λύεσθαι Act. XXVII, 41. μαρτυρεῖσθαι 2 Joh. v. 12. μετάγεσθαι Jac. III, 4. νικᾶσθαι Rom. XII, 21. παραφέρεσθαι Jud. v. 12. σαλεύεσθαι Matth. XI, 7. Luc. VII, 24. σείεσθαι Apoc. VI, 13. συμπνίγεσθαι Luc. VIII, 14. φλογίζεσθαι Jac. III, 6. φυσιοῦσθαι Col. II, 18. (Xen. Anab. I, 5. 5.) — — b) post vv. γίνομαι, εἰμί = *efficior*, *patror*, *verrichtet werden*, *veranstaltet werden* Luc. IX, 7. XIII, 17. XXIII, 8. Act. XX, 3. Eph. V, 12. — ἐπαγγελία γίνεται = *promissio datur* Act. XXVI, 6. ἐπιβουλὴ μέλλει ἔσεσθαι XXIII, 30. — c) abest verbum cogitatione addendum, ut 2 Cor. II, 6. ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων scil. ἐπιτιμηθεῖσα vel ἐπιτεθεῖσα. —

B) post vv. *neutra*, passivorum potestate usurpata, sq. genit. pers., ita πάσχειν Matth. XVII, 12. Marc. V, 26. 1 Thess. II, 14. — (Xen. Hier. VII, 8. Symp. I, 9. Cyr. VI, 1. 36.) — cf. *Matthiae* l. l. p. 1185. *Buttm.* §. 134. *Passow* l. l. p. 946. —

C) post vv. *activa*, quibus inest notio passiva, sq. genit. pers., ut ἀποκτείνω τινὰ ὑπό τινος = *iubeo interfici aliquem ab aliquo* Apoc. VI, 8. (ἀποθνήσκειν Xen. Hier. X, 4.) λαμβάνω *accipio* = *datur mihi*, ut πληγάς = *infliguntur mihi plagae* 2 Cor. XI, 24. ὑπομένω τι ὑπό τινος, *sustineo aliquid, ab aliquo illatum mihi* = *afficior ab aliquo aliqua re* Hebr. XII, 3. — Cf. *Buttm.* §. 134. *Matthiae* l. l. p. 1185. *Fischer* l. l. p. 276. *Passow* l. l. p. 946. —

2) dicitur de rebus comitantibus aliquid [ut ὑπ' αὐλητῆρος unter Begleitung eines Flötenspielers Theogn. v. 545. Hesiod. scut. Herc. v. 278. 280. ὑπὸ μαστίγων Xen. Anab. III, 4. 27.] vel tempore iunctis cum aliqua re, ubi Lat.

sub, nos: *unter*, *bey*,

ita φωνὴ ἐνεχθεῖσα ὑπὸ τῆς — δόξης 2 Petr. I, 17. Vide δόξα p. 322. (Xen. de rep. Laced. V, 7. H. G. II, 2. 23.) cf.

Matthiae l. l. p. 1186 sq. *Passow* l. l. p. 947. *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 170. —

II) copulat. c. *accus.*

sub i. e. *unter*,

dicitur 1) de loco, a) ubi quaeritur: wohin? Habent in talibus Lat. *sub*, sq. accus. nos: *unter*, *hin unter*, *drunter hin* cf. *Matthiae* §. 593. p. 1187. *Buttm.* §. 134. *Fischer* l. l. p. 277. *Passow* l. l. p. 948. *Winer* p. 165. — aa) propr. sq. accus. rei, ut *εἰςέρχεσθαι* Matth. VIII, 8. Luc. VII, 6. *ἐπισυνάγειν* Matth. XXIII, 37. Luc. XIII, 34. *τιθέναι* Matth. V, 15. Marc. IV, 21 bis. Luc. XI, 33. (Diod. Sic. XIII, 51. Herodot. VII, 88.) — bb) formulae tropicae, pertinentes ad imperium vel potestatem, cui subiicitur aliquis, ut *πίπτειν ὑπὸ κρίσιν* Jac. V, 12. Vide *πίπτω* p. 317. — *τάσσεσθαι ὑπὸ ἐξουσίαν* Luc. VII, 8. *τιθέναι τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας τινός* pro: *subiicere aliquem alicui* 1 Cor. XV, 25. 27. *ὑποτάσσειν τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας τινός* Eph. I, 22. Vide de his formulis, ut de Rom. XVI, 20. sub voc. *πούς* adnotata. — *ταπεινοῦσθαι ὑπὸ τὴν χεῖρά τινος* i. e. *ταπεινοῦσθαι καὶ ὑποταγῆναι ὑ. τ. π. τ.* 1 Petr. V, 6. *συγκλείειν τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν* i. e. *omnem hominum universitatem subiecit potestati peccati* Gal. III, 22 —

b) cum quaeritur: ubi? in quibus Lat.: *sub*, sq. ablat. nostrates: *unter*, cf. *Matthiae* l. l. p. 1187. *Buttm.* §. 134. *Fischer* l. l. p. 279. — Ita post vv. mansionem vel quietem indicantia aa) sq. accus. loci vel rei locum significantis, ut *εἶναι* Joh. I, 49. Act. IV, 12. 1 Cor. X, 1. — abest *εἶναι* Rom. III, 14. *οἱ ὑπὸ τὸν οὐρανόν* Act. II, 5. *ἡ ὑπ' οὐρανόν* = *terra* vel *terrae plaga* Luc. XVII, 24. — *κτίσις ἡ ὑπ' οὐρ.* Col. I, 23. — *καθῆσθαι* Jac. II, 3. *κατασκηνοῦν* Marc. IV, 31. *τηρεῖσθαι ὑπὸ ζόφον* Jud. v. 6. (Pausan. III, 1. 3. Herodot. VII, 114.) — bb) sq. accus. rei, statum vel conditionem indicantis, ut *ὑπὸ ἐξουσίαν sub imperio* Matth. VIII, 9. *ὑπὸ ζυγόν* = *ὑπὸ ζυγὸν δουλοσύνης* 1 Tim. VI, 1. Vide *ζυγός*. — cc) metaph. de imperio *α*) sq. accus. pers. *εἰμὶ ὑπό τινα imperio alicuius subiectus sum, pendeo a nutu et potestate alicuius* Gal. III, 25. IV, 2. *ἔχω τινὰ ὑπ' ἐμαυτόν subiectum mihi habeo aliquem* Matth. VIII, 9. Luc. VII, 8. — (3 Esr. III, 1. Aelian. V. H. VI, 11. Isocrat. Evag. c. 10. Xen. Cyr. I, 5. 3. II, 1. 22. III, 3. 6. Thuc. IV, 60. Herodot. II, 127.) — *β*) sq. accus. rei, ut *εἰμί* vel *γίνομαι ὑπὸ νόμον obnoxius sum legi*, ita de hominibus legi mos. observandae obstrictis Gal. IV, 4. — Rom. VI, 14. 15. 1 Cor. IX, 20. Gal. IV, 21. V, 18. — IV, 3. *ὑπὸ — δεδουλωμένος*. Vide *δουλόω* p. 327. — *οἱ ὑπὸ νόμον* scil. *ὄντες* 1 Cor. IX, 20 ter. Gal. IV, 5. — *εἶναι ὑπὸ χάριν* Rom. VI, 14. 15. — *εἰμὶ ὑφ' ἁμαρτίαν*, *subsum imperio peccati*, *peccato obnoxius sum* Rom. III, 9. — Gal.

III, 10. — πεπραμένος εἰμὶ ὑπὸ ἁμαρτίαν [ut servus venditus subest domini imperio, ita] *pendeo a peccati imperio* Rom. VII, 25. — φρουροῦμαι ὑπὸ νόμον *custodior legi obstrictus* Gal. III, 23. —

2) de *tempore*, i. e. in temporis notatione minus definita adhibetur, ut Lat.

sub i. e. *um, gegen,*

εἰςέρχεσθαι ὑπὸ τὸν ὄρθρον Act. V, 21. — (Aelian. V. H. IV, 27. Xen. Mem. II, 8. 1. Thuc. II, 26 et 27. IV, 67.) — cf. *Matthiae* l. l. p. 1187. *Passow* l. l. p. 948. *Winer* p. 165. *Fischer* l. l. p. 278. *Viger.* p. 671 sq. — Saepius non legitur in N. T.

III) in *compositione* 1) iunct. c. verbis motus vel mansionis significat: *sub*, ut ὑποβάλλω, ὑποδέω, ὑποδέχομαι. — 2) minuit vim verbi, ubi Lat. *paululum*, ut ὑποπνέω. — 3) furtim, clam fieri aliquid indicat, ut ὑποδείκνυμι, ὑπονοέω.— 4) subiectionem indicat, ut ὕπανδρος. Cf. *Viger.* p. 672. *Passow* II. p. 948. —

Ὑποβάλλω, f. βαλῶ, (ab ὑπὸ et βάλλω, iacio; subiicio Xen. Venat. VII, 3. suggero Xen. Cyr. III, 3. 55.) *suborno*. Ita semel in N. T. Act. VI, 11. τότε ὑπέβαλον ἄνδρας, λέγοντας. (Ita ὑπόβλητος Joseph. de bell. iud. V, 10. 4.)

Ὑπογραμμός, οῦ, ὁ, (ab ὑπογράφω subscribo; exemplar scriptionis, quod alteri subiicitur, eine Vorschrift zum Ab- und Nachschreiben) *exemplum propositum alicui, Vorbild, Beyspiel.* Legitur tantum 1 Petr. II, 21.—(2 Macc. II, 29.)

Ὑπόδειγμα, τος, τό, (ab ὑποδείκνυμι quod v. propr. id, quod oculis subiicitur) 1) *imago*, de imagine vel re ad exemplum aliquod efformata, ita, ut sit i. q. ἀντίτυπον Hebr. VIII, 5. ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. IX, 23. — 2) *exemplum, ein Beyspiel* Joh. XIII, 15. ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν. Hebr. IV, 11. ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. Jac. V, 10. 2 Petr. II, 6. (Siracid. XLIV, 16. 2 Macc. VI, 28. 31. Herodian. VIII, 8. 4. Polyb. III, 17. 8. III, 111. 6.) „Praeter unum Demosthenis exemplum, quod nunc iam necessaria emendatione sublatum est atque alterum Xenophontis [de re equestr. II, 2.] de quo et ipse addubito, nullum antiqui et attici scriptoris testimonium proferri potest, Graecos melioris notae ὑποδείγματος vocabulo usos esse. Usurparunt illi potius παράδειγμα." Ita *Lobeck* ad Phryn. p. 12.

Ὑποδείκνυμι, f. ὑποδείξω, (ab ὑπό et δείκνυμι, ostendo; subindico Xen. Mem. IV, 3. 13.) *ostendo* [proprie Diod. Sic. III, 11.] metaph. *doceo, indico* a) sq. dat. pers. et re enuntiata per infinit. Matth. III, 7. Luc. III, 7. — b) sq. dat. pers. et orat. indirecta Luc. VI, 47. XII, 5. Act. IX, 16.—

c) sq. dat. pers. et ὅτι Act. XX, 35. πάντα [i. e. *omni modo, in jeder Beziehung*] ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι κ. τ. λ. — LXX pro הוֹרָה 2 Chron. XV, 3. — Saepius non legitur in N. T.

Ὑποδέχομαι, f. δέξομαι, perf. ὑποδέδεγμαι, signif. media [vid. sub παρακαλέω adnotata] verb. depon. *excipio*, de hominibus hospitio alios excipientibus quater legitur in N. T. sq. accus. pers. Act. XVII, 7. Jac. II, 25. — (Aelian. V. H. III, 26. (Xen. Mem. II, 3. 13.) — addito partic. modum indicante Luc. XIX, 6. — (addito vel adverb. vel adiect. Tob. VII, 8. Herodian. IV, 8. 16. Palaeph. fab. 5.) — addito εἰς c. accus. loci Luc. X, 38. (1 Macc. XVI, 15.) —

Ὑποδέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑπό et δέω ligo) *subligo*, med. **ὑποδέομαι**, *subligo mihi*. Ter in N. T. a) passiv., sq. accus. rei, ut ὑποδεδεμένους σανδάλια Marc. VI, 9. Cf. *Matthiae* §. 424, 2. p. 781. §. 490. p. 923. *Buttm.* §. 121, 7. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. II. p. 250. *Winer* p. 88. 111. et de h. l. anacolutho *Winer* p. 190. (Xen. Anab. IV, 5. 1.) — b) medium aa) c. accus. rei Act. XII, 8. — cf. *Matthiae* §. 492. p. 925. *Buttm.* §. 118, 5. §. 122, 4. *Winer* p. 109. (Herodian. IV, 8. 5.) — bb) sq. accus. membri corporis et ἐν c. dat. rei, ut ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ i. e. *subligate pedes vestros promtitudine* Eph. VI, 9. Cf. *Matthiae* §. 424, 4. p. 782. §. 418. p. 766. *Buttm.* §. 122, 4. *Winer* p. 108. 109. (Aelian. V. H. I, 18. Thuc. III, 22.) —

Ὑπόδημα, τος, τό, (ab ὑποδέω quod v. subligaculum, id quod subligatur) *solea, crepida vel coriacea vel lignea*, seriore vero aetate et calceorum totum pedem includentium usu invento, ὑπόδημα de calceis dici coepit, σανδάλιον contra nomen de solea dicebatur plantae pedis subligata et corrigiis supra pedem firmata Matth. III, 11. X, 10. Marc. I, 7. Luc. III, 16. X, 4. XV, 22. XXII, 35. Joh. I, 27. Act. VII, 33. XIII, 25. LXX pro נַעַל Gen. XIV, 23. Exod. III, 15. (Artemid. II, 5. Aelian. V. H. VII, 11. Herodian. V, 5. 21. Xen. Anab. IV, 5. 14 et Cyr. VIII, 1. 41.) Saepius non reperitur in N. T.

Ὑπόδικος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ὑπό et δίκη quod v.) *qui causa cadit, reus, obnoxius*. Semel in N. T. Rom. III, 19. ἵνα — ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ, i. e. *iudice Deo* cf. *Matthiae* §. 389. p. 710. *Winer* II. p. 71 coll. *Gesen.* p. 820. (Dem. 518, 3. Andocid. 128, 8. Lysias 349, 7.)

Ὑποζύγιον, ίου, τό, (ab ὑποζύγιος, qui iugo subest) *iumentum* [universe Polyb. III, 51. 6. Herodian. I, 12. 2. Xen. Anab. I, 3. 1.] de asino dicitur bis Matth. XXI, 5. 2 Petr. II, 16. LXX pro חָמוֹר Judd. V, 10. חֲמוֹר Gen. XXXVI, 14.

Ὑποζώννυμι, f. ζώσω, *succingo*, [ab ὑπό et ζώννυμι, cingo; de hominibus 2 Macc. III, 19. Anthol. gr. T. III. p. 83.

I. *Jacobs.*] Legitur in N. T. semel de navibus, quae funibus trinque sub fundum adductis et utraque latera constringenbus contra ventorum rabiem et fluctuum vim muniuntur Act. XVII, 17. (Polyb. XXVII, 3. 3.)

Ὑποκάτω, adv. (ex ὑπό sub et κάτω infra) *sub*, sq. enit. dicitur in N. T. de loco a) universe Marc. VI, 11. VII, 29. Luc. VIII, 16. Joh. I, 51. Apoc. V, 3. 13. VI, 9. XII, 1. LXX pro תַּחַת Ezech. XXIV, 5. (Diod. Sic. I, 72. Polyb. III, 55. 2.) — b) in formula: *ὑποτάσσειν τι ὑπὸ τῶν ποδῶν τινος* pro: *subiicere alicui aliquid* Hebr. I, 8. Vide *πούς*. —

Ὑποκρίνομαι, f. *οῦμαι*, (ab ὑπό et *κρίνω*—respondeo Xen. Mem. I, 3. 1. Thuc. VII, 44. de somniorum coniectoribus Artemid. I, 9. Philostr. Vit. Apoll. II. c. 37. personam ago alicuius Diod. Sic. XIII, 98. Aelian. V. H. XIV, 40.) *simulo, fingo* Luc. XX, 20. *ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι.* 2 Macc. V, 25. VI, 21. 24. Aelian. V. H. XIII, 12. Herodian. VIII, 6. 2. Polyb. II, 49. 7.)

Ὑπόκρισις, εως, ἡ, (ab *ὑποκρίνομαι*, respondeo; responsio; simulatio histrionum Artemid. III, 13. Anthol. gr. T. IV. p. 284. ed. *Jacobs.*) *simulatio.* Sexies in N. T. Matth. XXIII, 28. Marc. XII, 15. Luc. XII, 1. Gal. II, 13. 1 Tim. IV, 2. 1 Petr. II, 1. (2 Macc. VI, 25. Aesop. fab. 108. Polyb. XXXV, 2. 13.)

Ὑποκριτής, οῦ, ὁ, (ab *ὑποκρίνομαι*, quod v.; qui personam alicuius agit, histrio Aelian. V. H. VIII, 7. Herodian. V, 7. 14. Xen. Mem. II, 2. 9.) *simulator.* Legitur in N. T. de simulatoribus pietatis Matth. VI, 2. 5. 16. VII, 5. XV, 7. XVI, 3. XXII, 18. XXIII, 13. 14. 15. 23. 25. 27. 29. XXIV, 51. Marc. VII, 6. Luc. VI, 42. [XI, 44.] XII, 56. XIII, 15.

Ὑπολαμβάνω, f. *λήψομαι*, (ab ὑπό et *λαμβάνω*) 1) *suscipio* i. e. *in altum eveho, von unten hinaufnehmen* Act. I, 9. *νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν* i. e. *nubes suscepit eum, ita, ut e conspectu eorum abriperetur.* (Herodot. I, 24.) — 2) *suscipio* i. e. *excipio sermone et respondeo, das Wort nehmen* Luc. X, 30. *ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε.* LXX pro עָנָה Job. II, 4. IV, 1. VI, 1. (Aesop. fab. 3. Aelian. V. H. XIV, 8. Polyb. IV, 85. 4. Plutarch. T. X. p. 321. ed. *Hutten.* Xen. Symp. V, 22 et Hieron. VI, 9. ita suscipio Virg. Aen. VI, 723. Varro de re rust. I, 2. 24. Appul. Metam. IV. p. 75. ed. *Bip.* et *suscipere sermone.* Quinctilian. Inst. Orat. II, 15. 28.) cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 429. ed. *Schäfer* et *Frotscher* Xen. Hiero. p. 125. sub *ὑπολαμβάνω.* — 3) = *annehmen* i. e. *sententiam admitto* vel *opinionem* i. e. *puto, opinor*, nunc absolute Act. II, 15. — nunc

sq. ὅτι Luc. VII, 43. ὅτι scil. πλεῖον ἀγαπήσει. (Diod. Sic. I, 3. Aelian. V. H. XII, 9. Dem. 623, 5. Xen. Mem. I, 6. 4.) Saepius non reperitur in N. T.

Ὑ π ο λ ε ί π ω, f. ψω, (ab ὑπό et λείπω) *relinquo, superstitem relinquo,* passivum: ὑ π ο λ ε ί π ο μ α ι, *supersum, superstes sum.* Semel in N. T. Rom. XI, 3. — Ita LXX pro הוֹתִיר 1 Regg. XIX, 10. 14. (Polyb. II, 12. 2. Dem. 569, 3. Xen. Cyr. I, 5. 27.)

Ὑ π ο λ ή ν ι ο ν, ου, τό, (ex ὑπό et ληνός torcular) *lacus torcularis* i. e. vas torculari subiacens, in quod uvarum liquor expressus e torculari excipitur, *die Kufe, der Kelter.* Semel in N. T. Marc. XII, 1. LXX pro יֶקֶב Jes. XVI, 10. Joel. III, 13.

Ὑ π ο λ ι μ π ά ν ω, (ab ὑπό et λιμπάνω = λείπω) *relinquo, zurücklassen,* sq. accus. rei, ita semel in N. T. 1 Petr. II, 21. (Dionys. Halic. Ant. I. c. 23.)

Ὑ π ο μ έ ν ω, f. νῶ, (ab ὑπό et μένω maneo) 1) *remaneo, maneo, zurückbleiben* a) de hominibus, qui non discedunt aa) sq. ἐν c. dat. loci Luc. II, 43. (Dem. 671, 15.) — bb) sq. ἐκεῖ Act. XVII, 14. (οἴκοι Aelian. V. H. V, 5. absolute Xen. Symp. X, 7.) — b) de resistente = *non fugio* [de militibus vim et impetum hostium sustinentibus Diod. Sic. XV, 55. Herodian. VIII, 1. 10. Xen. Anab. VI, 3. 26.] *patiente et constanti animo fero,* ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος Matth. X, 22. XXIV, 13. Marc. XIII, 13. — τῇ θλίψει = *tempore calamitoso* Rom. XII, 12. — opp. τῷ ἀρνεῖσθαι 2 Tim. II, 12. — Jac. V, 11. 1 Petr. II, 20. (Dem. 515, 17.) — — 2) *sustineo* i. e. *tolero, perfero* a) sq. acc. rei 1 Cor. XIII, 7. 2 Tim. II, 10. Hebr. X, 32. XII, 2. 7. Jac. I, 12. — (Diod. Sic. I, 2. Aelian. V. H. I, 34. — sq. inf. Plut. apophth. Alex. Mor. II. p. 25. ed. *Tauchn.* Xen. Mem. II, 2. 5.) — addito ὑπό τινος [vid. ὑπό I. 1. C.] Hebr. XII, 3. — Saepius non extat in N. T.

Ὑ π ο μ ι μ ν ή σ κ ω, f. ὑπομνήσω, (ab ὑπό et μιμνήσκω) *in memoriam revoco,* passivum: ὑ π ο μ ι μ ν ή σ κ ο μ α ι, et a. 1. p. ὑ π ε μ ν ή σ θ η ν, *recordor* a) universe aa) activum α) sq. duplic. accus. Joh. XIV, 26. — (Xen. Hier. I, 3. Thuc. VII, 64.) cf. *Matthiae* §. 347, not. 2. p. 656. *Winer* p. 79.— β) τινὰ περί τινος 2 Petr. I, 12. — cf. *Matthiae* §. 347, not. 1. p. 656. — γ) sq. accus. pers. et ὅτι Jud. v. 5. (sq. ὅτι Xen. Mem. III, 9. 8.) — — bb) medium et aor. 1. p. signif. media, sq. genit. rei, ut τοῦ λόγου Luc. XXII, 61. (Diod. Sic. I, 20 et 67. Herodian. II, 4. 3. Aelian. V. H. V, 19. Xen. Oecon. XVI, 8.) cf. *Matthiae* §. 347. p. 655. *Buttm.* §. 119. *Winer* p. 79. — b) adiuncta *vituperationis* notione: *exprobrans in memoriam revoco,* ita activ. sq. accus. rei 3 Joh. v. 10. cf. *Matthiae* §. 347, not. 2 fin. p. 656. — c) de iis,

ai praecepta in mentem revocant et de officiis admonent, ita :tivum aa) sq. accus. rei 2 Tim. II, 14. ταῦτα ὑπομίμνησκε. Aelian. V. H. IV, 17. Dem. 316, 10.) cf. *Matthiae* §. 347, nt. 2. p. 656. — bb) sq. accus. person. et infinit. Tit. III, 1. πομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις πείθεσθαι. (Plu-rch. Apophth. Antig. Mor. II. p. 28. ed. *Tauchn.* Xen. de mag. equit. VIII, 10.) — Saepius non legitur in N. T.

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, (ab ὑπομιμνήσκω) 1) *recorda-io* 2 Tim. I, 5. — (Sapient. XVI, 11. Aelian. V. H. II, 28. olyb. I, 1. 2.) — 2) *commonefactio*, ἐν ὑπομνήσει *commo-efaciendo* 2 Petr. I, 13. III, 1. — Saepius non reperitur n N. T.

Ὑπομονή, ῆς, ἡ, (propr. τὸ ὑπομένειν) 1) *constan-ia, Ausdauer, Beharrlichkeit* Luc. XXI, 19. Rom. II, 7. V, . 4. — XV, 4. ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως ῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν i. e. *ut per constantiam et olatia, quae suppeditant libri sacri, felicitate sperata potia-tur.* — v. 5. ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς i. e. ὁ τὴν ὑπομονὴν κατεργαζόμενος. 2 Cor. VI, 4. XII, 12. Col. I, 11. 1 Thess. . 3. 2 Thess. I, 4. III, 5. 1 Tim. VI, 11. 2 Tim. III, 10. Tit. I, 2. Hebr. X, 36. Jac. I, 3. 4. V, 11. 2 Petr. I, 16. Apoc. , 6. II, 2. 3. 19. III, 10. XIII, 10. XIV, 12. — ἐν ὑπο-ονῇ et δι' ὑπομονῆς adverbialiter: *constanter*, v. ἐν et ιά. Luc. VIII, 15. Rom. VIII, 25. Hebr. XII, 1. (Diod. Sic. , 34. XI, 9. Polyb. IV, 51. 1.) Vide διά p. 274 et ἐν . 520 sq. — — 2) *toleratio, Erduldung* 2 Cor. I, 6. ἐν πομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων. — Saepius non legitur n N. T.

Ὑπονοέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑπό et νοέω cogito; suspi-or Thuc. VII, 73.) *puto, meynen, vermuthen.* Ter in N. T. ct. XIII, 25. τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι. XXV, 18. οὐδεμίαν ιτίαν ἐπέφερον, ὧν [per attract. pro: ἐκείνων, ἃ] ὑπενόουν γώ. — sq. accus. c. infinit. XXVII, 27. (Judith. XIV, 14. bsolute Plutarch. de garrulit. c. 14. Mor. III. p. 362. ed. *Tauchn.*)

Ὑπόνοια, ας, ἡ, (ab ὑπονοέω) *suspicio.* Legitur tan-um 1 Tim. VI, 4. — (Diod. Sic. I, 30. Polyb. III, 15. 1. Dem. 1178, 2.)

Ὑποπλέω, f. εύσω, (ab ὑπό et πλέω) *subnavigo, sub-er locum* [unter i. e. unterhalb, dicht an] *navigo.* Bis in N. T. sq. accus. pendente ab ὑπό Act. XXVII, 4. 7. — Cf. *Matthiae* §. 426, 3. p. 786.

Ὑποπνέω, f. πνεύσω, (ab ὑπό minuente et πνέω) *le-iter spiro.* Extat tantum Act. XXVII, 13.

Ὑποπόδιον, ίου, τό, (ab ὑπό sub et πούς) *suppeda-eum, scabellum, Fussschemel.* Ita ἡ γῆ dicitur Matth. V, 35. Act. VII, 49. ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ θεοῦ. — Jac. II, 3.—

τιθέναι τινὰ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ *die Feinde Jemandes zu seinem Fussschemel machen,* formula explicanda ex more Orientalium, cervici devictorum pedes imponendi et significans: *subiicere sibi hostes suos* Matth. XXII, 44. Marc. XII, 36. Luc. XX, 43. Act. II, 35. Hebr. I, 13. X, 13. — LXX pro הֲדֹם Jes. LXVI, 1. Ps. CX, 1. (Sextus Empiric. adv. Mathemm. 1, 246. Eustath. ad Odyss. IV, p. 1482, 3. Schol. Aristoph. Plut. 545. et Equitt. 368.) Apud nullum scriptorem antiquum reperiri hoc vocab., docuit *Sturz* de dial. alex. et maced. p. 199.

Ὑπόστασις, εως, ἡ, (ab *ὑφίστημι* suppono, propr. subpositio, subpositum) 1) *fundamentum, basis, Grund* [proprie Diod. Sic. I, 66. *ὑπόστασις τοῦ τάφου*. XIII, 82.] metaph. pro: *principium* i. e. *res, a qua inchoatur aliquid, das, wovon man als von einer Grundlage ausgeht* Hebr. III, 14. *ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως — κατάσχωμεν* = *ἐάνπερ τὴν ἀρχήν*, nempe *τὴν ὑπόστασιν κατάσχωμεν*. Cf. de hoc verbositatis genere ad voc. *στέφανος* adnotata. — — 2) metaph. [indoles hominis, qui sustinet aliquid, die Eigenschaft dessen, der sich einer Sache unterzieht =] *confidentia, fiducia*, ut *τῆς καυχήσεως* i. e. *in gloriatione conspicua, die Zuversichtlichkeit, mit der sich Jemand rühmt* 2 Cor. [IX, 4.] XI, 17. — Vide de genit. obiective posito ad voc. ὑπακοή monita. — Hebr. XI, 1. *ἔστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις*, i. e. *es giebt einen Glauben, eine Zuversicht, hinsichtlich dessen, das man hoffet.* Cf. *Winer* II. p. 197. (Diod. Sic. T. IV. p. 62. ed. *Bipont.* Polyb. IV, 50. 10. VI, 55. 2) LXX pro תּוֹחֶלֶת Ps. XXXVIII, 7. תִּקְוָה Ezech. XIX, 5. — 3) ex usu graecitatis serioris = *Bestand, Realität*, metonym. *subiectum, suppositum, das Wesenheit habende, das Wirkliche* [opponitur ita *τῇ φαντασίᾳ* Artemid. III, 14.] Hebr. I, 3. *ὢν — χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ* sc. *θεοῦ*. (Ita ὑπόστασις *νέφους* pro: *νέφος* Diod. Sic. I, 38.) — Saepius non legitur in N. T. — Serioris aetatis esse hasce huius vocabuli significationes atque apud Graecos antiquiores vel plane non legi *ὑπόστασιν* vel sicubi deprehenditur, ita dici, ut sit nunc i. q. *ἔνεδρα*, nunc i. q. *τὰ καρυκεύματα*, sicuti *ἡ ἐν πίθῳ τοῦ οἴνου ὑπόστασις* i. e. *ὑποστάθμη* sedimen, Bodensatz, docuit *Lobeck* ad Phryn. p. 73. hinc apud Athen. IV. p. 155. de iusculo crassiore legitur.

Ὑποστέλλω, f. *στελῶ*, (ab *ὑπό* et *στέλλω*) 1) *subtraho, subduco*, [ut vela], *ἐμαυτόν* et med. **ὑποστέλλομαι** *me subduco, ich ziehe mich zurück.* De hominibus *παῤῥησίᾳ* destitutis Gal. II, 12. *ὑπέστελλεν ἑαυτόν*. Hebr. X, 38. *ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ*. (ita LXX Habac. II, 4. refugiendi sensu Polyb. I, 16. 10.) — 2) **ὑποστέλλομαι**, *celo, dissimulo*, sq. accus. rei et *τοῦ μή* c. inf.

ct. XX, 20. 27. Vide de his locis sub μή p. 91. observata. — (Diod. Sic. XIII, 70. Joseph. de bell. ind. I, 20. 1. 23. 3. Isocrat. Evag. c. 7. Aeschin. 37, 14. Dem. 54, ult. lato Apol. Socrat. c. 10. ed. *Fischer.*)

Ὑ π ο σ τ ο λ ή, ῆς, ἡ, (ab ὑποστέλλω, quod v.; subductio) *ndoles eius, qui* ὑ π ο σ τ έ λ λ ε τ α ι, *timiditas.* Semel in . T. Hebr. X, 39. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς i. e. *nos on timiditate regimur.* Cf. *Winer* p. 82. et supra sub εἰμί . 393. 399. observata. —

Ὑ π ο σ τ ρ έ φ ω, f. ψω, (ab ὑπό et στρέφω verto; retro erto, ut τοὺς ἵππους Hom. Iliad. V, 581.) intransit. *redeo, everto, zurückgehen, zurückkehren* a) absolute Marc. XIV, 40. uc. II, 20. 43. VIII, 37. 40. XVII, 15. 18. XIX, 12. XXIII, 8. 56. Act. VIII, 28. (Palaeph. fab. 1. Xen. Anab. VI, 6. 38.)—) sq. εἰς aa) c. accus. loci Luc. I, 56. II, 39. 45. IV, 14. II, 10. VIII, 39. IX, 10. X, 17. XI, 24. XXIV, 33. 52. Act. , 12. VIII, 25. XIII, 13. XIV, 21. XXI, 6. XXII, 17. XXIII, 2. Gal. I, 17. — LXX pro שׁוּב Gen. L, 14. (Aelian. V. H. , 6.) — bb) c. accus. status Act. XIII, 34. — c) sq. ἀπό a) c. genit. loci Luc. IV, 1. XXIV, 9. — bb) c. genit. neotii Hebr. VII, 1. — LXX pro שׁוּב Gen. XIV, 17. — d) sq. ἐκ c. genit. loci Act. XII, 25. — e) sq. διά c. genit. loci Act. X, 3. — Saepius non habetur in N. T.

Ὑ π ο σ τ ρ ώ ν ν υ μ ι, f. στρώσω, (ab ὑπό et στρώννυμι, terno) *substerno*, sq. accus. rei, ita semel in N. T. Luc. IX, 36.— LXX pro הִצִּיעַ Jes. LVIII, 5. (Aelian. V. H. IX, 24. erodian. IV, 2. 3. Xen. Cyr. VIII, 8. 16 et 40.)

Ὑ π ο τ α γ ή, ῆς, ἡ, (ab ὑποτάσσω quod v. propr. subordinatio) *submissio.* Quater in N. T. 2 Cor. IX, 13. — Gal. , 5. τῇ ὑποταγῇ, i. e. *ita, ut nos submitteremus illis.* Vid. e dat. modum indicante *Matthiae* §. 400, 5. p. 731. *Buttm.* . 120. *Winer* II. p. 71. — ἐν πάσῃ ὑποταγῇ 1 Tim. II, 11. ide ἐν p. 520 sq. — τέκνα ἐν ὑποταγῇ scil. ὄντα 1 Tim. II, 4. —

Ὑ π ο τ ά σ σ ω, τάττω, f. άξω, (ab ὑπό et τάσσω quod . colloco sub aliquid, subordino) 1) *subiicio*, passivum: *ubiicior*, medium: *me subiicio*, a. 2. p. ὑπετάγην signif. meia [vid. sub διακονέω adnotata] f. 2. pass. ὑποταγήσομαι ignif. med. [vid. ad προςκολλάω monita] a) absolute Rom. III, 20. 1 Cor. XIV, 34. (Diod. Sic. I, 55.) — b) sq. dat. om. VIII, 20. 1 Cor. XIV, 32. (2 Macc. IX, 12.) — c) τινί 1 Cor. XV, 27. 28. Hebr. II, 5. 1 Petr. III, 22. — d) τὶ el τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας τινός vel ὑποκάτω τῶν ποδῶν τινος 1 Cor. XV, 27. Eph. I, 22. Phil. III, 21. Hebr. II, 8. —) sq. accus. 1 Cor. XV, 27. (Herodian. VII, 2. 20.) — 2) ὑπο-

τάσσομαι, *pareo, obsequor* a) propr. aa) sq. dat. pers. Luc. II, 51. X, 17. 20. Rom. VIII, 7. X, 3. XIII, 1. Eph. V, 22. 24. Tit. II, 5. 9. III, 1. Hebr. XII, 9. Jac. IV, 7. 1 Petr. II, 13. 18. III, 1. 5. V, 5. — (Palaeph. fab. 39. Herodian. II, 2. 19.) — bb) absolute Rom. XIII, 5. — LXX pro כָּבַשׁ 1 Chron. XXII, 18. — b) ex adiunct. *cedo alicui* 1 Cor. XVI, 16. ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθε Eph. V, 21. 1 Petr. V, 5. — Saepius non exstat in N. T.

'Υποτίθημι, f. ὑποθήσω, (ab ὑπό et τίθημι) 1) *suppono*, τὸν τράχηλον, *collum supponere*, sq. ὑπέρ τινος trop. *vitae periculum subeo pro aliquo* Rom. XVI, 4. (eadem formula de iis, qui iugo collum supponunt Arrian. Epict. diss. III, 26. Aelian. V. H. X, 16. trop. Sirac. LI, 26. — de fundamento ὑποτίθημι legitur Xen. Cyr. VII, 5. 12.) — 2) med. ὑποτίθεμαι, *suppedito*, τινί τι, ut praecepta et vitae regulas 1 Tim. IV, 6. (Joseph. Arch. I, 3. 2. de bello iud. II, 8. 7. Dionys. Hal. Ant. I, 86. Polyb. III, 41. 8.) Saepius non legitur in N. T.

'Υποτρέχω, a. 2. ὑπέδραμον, (ab ὑπό et τρέχω) *infra cursu deferor*, sq. accus. loci [vid. ὑποπλέω] ut νησίον, ita semel in N. T. Act. XXVII, 16. (cursu subire Xen. Cyr. I, 2. 12.)

'Υποτύπωσις, εως, ἡ, (a verbo ὑποτυπόω adumbro, delineo Polyb. XXII, 13. 6. Herodian. I, 6. 6.) 1) *delineatio, forma*, ut ὑγιαινόντων λόγων 2 Tim. I, 13. — 2) *exemplum*, ut τῶν μελλόντων πιστεύειν 2 Tim. I, 16. Vide de h. l. πρός p. 394. —

'Υποφέρω, a. 2. ὑπένεγκον a. 1. ὑπένεγκα *suffero*, [propr. fero rem in me vel in humeros meos sublatam, ut ὅπλα Xen. Cyr. IV, 5. 57.] metaph. i. e. *sustineo*. Ter in N. T. de malis, quae suffert aliquis, sq. accus., ut πειρασμόν 1 Cor. X, 13. — 2 Tim. III, 11. 1 Petr. II, 19. (LXX Prov. VI, 33. 2 Macc. II, 28. Diod. Sic. V, 55. Polyb. I, 1. 2.)

'Υποχωρέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑπό et χωρέω) *secedo*, bis in N. T., ut ἐν ταῖς ἐρήμοις Luc. V, 16. Vide ἐν p. 537 sq. — εἰς τόπον ἔρημον IX, 10. (LXX Judd. XX, 37. Jos. de vita sua §. 29. — absolute Lucian. Ver. hist. II. c. 32. Isaeus 84, 4. Hom. Iliad. XXII, 96.)

'Υπωπιάζω, f. άσω, (ab ὑπώπιον ea pars faciei, quae est sub oculis; sugillo, ut sub oculis vibices et maculae lividae existant, ich schlage einem ins Gesicht, dass er braune und blaue Flecken unter den Augen davon bekommt, Gregor. Corinth. p. 288. ed. *Schäfer*. Aristoph. Pac. 539.) *obtundo* a) de persona precibus obtundente aliquem Luc. XVIII, 5. — (ita *obtundo* Terent. Adelph. I, 2. 33.) — b) = *duriter tra-*

ctando obtundo, exerceo, ut μου τὸ σῶμα 1 Cor. IX, 27. Saepius non legitur in N. T.

Ὗς, ὑός, ὁ, ἡ, *sus, porcus, porca.* Extat tantum 2 Petr. II, 22. LXX pro חֲזִיר Levit. IV, 9. (Aelian. V. H. X, 5. Polyb. VIII, 28. 10.)

Ὕσσωπος, ου, ὁ, ἡ, *hyssopus*, hebr. אֵזוֹב, genus plantae, obvium in terris occidentalibus et orientalibus. Utebantur Hebraei ramis huius plantae in conspersionibus sacris Hebr. IX, 19. — Joh. XIX, 29. ad quem locum notandum est, agi de calamo hyssopi, qualis reperitur in montibus hierosolymitanis, cuius rami extenduntur ad longitudinem cubiti. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 748. 749. et *Kuinoel* Commentar. T. III. p. 678.

Ὑστερέω, ῶ, f. ήσω, (a comparat. ὕστερος quod vid.) 1) *posterior sum*, de iis, qui tempore posteriores sunt vel serius veniunt, a) absolute, Hebr. IV, 1. μήποτε — δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι *dass nicht etwa — jemand von euch irgend meine, er sei zu spät gekommen, er habe es versäumt.* (sq. genit. Xen. Anab. I, 7. 12. Polyb. IX, 14. 9.) — b) sq. ἀπό τινος Hebr. XII, 15. μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος i. e. μή τις ὑστερῶν ἀποπέσῃ ἀπὸ τῆς χάριτος. cf. *Winer* p. 104. II. p. 81. (LXX Ps. XXIX, 4.) — 2) *inferior sum*, de hominibus et rebus dignitate inferioribus a) absolute 1 Cor. XII, 24. — medium significatione activa 1 Cor. VIII, 8. — b) sq. genit. pendente a comparativi notione, quae latet in hoc vocabulo cf. *Matthiae* §. 357. p. 671. 2 Cor. XI, 5. XII, 11. (ita ὑστερίζειν Xen. Mem. III, 5. 13.) — c) τί ὑστερῶ = *in quanam re inferior sum? in welchem Stücke bin ich noch zurück?* Matth. XIX, 20. cf. *Matthiae* §. 425. p. 784. — 3) *deficio, desum, ich fehle* Marc. X, 21. ἕν σοι ὑστερεῖ. Joh. II, 3. ὑστερήσαντος οἴνου. (LXX Ps. XXII, 1. Dioscorid. V, 86.) — 4) ὑστερέω, et ὑστεροῦμαι *destituor aliqua re, careo aliqua re* a) sq. genit *Matthiae* §. 351. p. 664. *Buttm.* §. 119. *Winer* p. 79. Luc. XII, 35. Rom. III, 23. — (Joseph. Arch. XV, 7. Polyb. II, 11. 3. Diod. Sic. XIII, 110. Arrian. exped. Alex. M. IV, 13. Eurip. Iphig. Aul. 1213.) Quod refertur ὑστερέω ad verba privandi et carendi, secum habet genit. et quo expressior est haec carendi significatio, tanto magis requiritur casus vid. *Lobeck* ad Phryn. p. 237. 238. add. *Matthiae* §. 335. p. 459. — b) ἐν c. dat. rei: *in Ansehung einer Sache* [vid. ἐν p. 521.] 1 Cor. I, 7. (Similiter c. dat. simplici Thuc. I, 134. Plato de rep. VII, 178. T. IX. Cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 237 coll. *Matthiae* §. 400. p. 732.— c) absolute, in locis, quorum contexta docent, agi de personis, quae destituuntur rebus ad vitam necessariis = ὑστερῶ τῶν ἐπιτηδείων i. e. *penuria laboro* Luc. XV, 14. 2 Cor. XI, 8.

Phil. IV, 12. Hebr. XI, 37. (Siracid. XIII, 4.) Saepius non extat in N. T.

Ὑστέρημα, τος, τό, (ab ὑστερέω) 1) *id, quod deest, das Fehlende, defectus* a) de rebus, sq. genit. rei Col. I, 24. τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ i. e. *calamitates propter Christum adhuc tolerandae.* Phil. II, 30. 1 Thess. III, 10. (LXX Judd. XVIII, 10. Ps. XXXIV, 9.) — b) de persona, sq. genit. pers. = *absentia* 1 Cor. XVI, 17. — 2) *penuria, inopia* Luc. XXI, 4. 2 Cor. VIII, 14. IX, 12. XI, 9. — Saepius non legitur in N. T.

Ὑστέρησις, εως, ἡ, (ab ὑστερέω) *penuria, inopia* Marc. XII, 44. Phil. IV, 11. οὐχ ὅτι καθ᾽ ὑστέρησιν [i. e. *propterea, quod penuria laboro*] λέγω.

Ὕστερον vid. ὕστερος.

Ὕστερος, α, ον, comparativus [positivi incogniti cf. *Buttm.* gram. max. Vol. I. §. 69. p. 276.] *posterior, posterius, subsequens,* a) universe 1 Tim. IV, 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀναστήσονταί τινες. LXX pro אַחֲרוֹן 1 Chron. XXIX, 29. (Diod. Sic. XIV, 25. Polyb. II, 41. 9. Xen. Mem. II, 6. 7.) — bb) neutr. ὕστερον, adverb. aa) sq. genit. *später als Jemand* i. e. *post aliquem* Matth. XXII, 27. Luc. XX, 32. (LXX Jerem. XXXI, 19. Xen. H. G. III, 2. 21.) cf. *Matthiae* §. 356. p. 670. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 77 sq. — bb) absolute *post, postea, tandem, zuletzt* Matth. IV, 2. XXI, 29. 32. 37. XXV, 11. XXVI, 60. Marc. XVI, 14. Luc. IV, 2. Joh. XIII, 36. Hebr. XII, 2. (Polyb. III, 49. 1. Lucian. D. D. IV, 4. Aelian. V. H. V, 13. Xen. Symp. I, 14.) Saepius non legitur in N. T.

Ὑφαντός, ή, όν, (ab ὑφαίνω texo) *textus, contextus.* Semel in N. T. Joh. XIX, 23. χιτὼν — ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου. cf. διά p. 274. — LXX pro אֹרֵג Exod. XXXIX, 21. (Anthol. gr. T. I. p. 159. ed. *Jacobs.* Joseph. Arch. III, 7. 4. Thuc. II, 97.)

Ὑψηλός, ή, όν, (ab ὕψι, ὕψος) 1) *altus, a, um,* comparat. ὑψηλότερος, α, ον, *altior, us,* a) universe, ut ὄρος Matth. IV, 8. XVII, 1. Marc. IX, 2. Luc. IV, 5. Apoc. XXI, 10. — τεῖχος ὑψηλόν Apoc. XXI, 12. LXX πόλεις ὑψηλαί pro בְּצֻרֹת Nehem. IX, 25. (Aelian. V. H. VIII, 11. Artemid. II, 68. Lucian. bis accus. §. 2. Xen. Mem. III, 4. 25. compar. III, 8. 9.) — b) ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος *altior coelis factus* trop. pro: *summa dignitate ornatus* Hebr. VII, 26. — c) τὰ ὑψηλά = *regiones altae* ex dicendi et statuendi ratione iudaica = *coelum* Hebr. I, 3. LXX τὸ ὑψηλόν et hebr. מָרוֹם de coelo Ps. XCIII, 4. Jes. XXXII, 15. XXXIII, 5. — — 2) metaph. a) *eximius, in-*

signis Luc. XV, 15. τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν [vid. ἐν p. 515.] — b) φρονεῖν τὰ ὑψηλά *alta spirare, hoch hinaus wollen,* de superbientibus Rom. XII, 16. LXX ita pro גָּבֹהַּ 1 Sam. XII, 2. — 3) ad normam hebr. רָם, *fortis, potens,* ut βραχίων ὑψηλὸν Act. XIII, 17. — LXX χεὶρ ὑψιλή pro יָד רָמָה Deut. XXXII, 27 coll. 2 Regg. XVII, 36. — Saepius non extat in N. T.

Ὑψηλότερος, v. ὑψηλός.

Ὑψηλοφρονέω, ῶ, f. ήσω, (ab ὑψηλός et φρονέω) *alta spiro, hoch hinaus wollen,* de superbientibus bis in N. T. Rom. XII, 20. 1 Tim. VI, 27.

Ὕψιστος, η, ον, *excelsissimus, altissimus* [superlativus formatus a substant. ὕψος altitudo cf. *Matthiae* §. 133. p. 256. *Fischer* ad Well. T. II. p. 108. vel ab adverbio ὕψι, ὕψου cf. *Buttm.* §. 63, not. 1. gram. max. Vol. I. p. 277. §. 69. a) propr. τὰ ὕψιστα [propr. regiones altissimae] i. e. *coelum* Matth. XXI, 9. Marc. XI, 10. Luc. II, 14. XIX, 38. — LXX ut hebr. מְרוֹמִים de coelo Job. XVI, 19. (ὕψιστον ὄρος Herodian. III, 3. 2.) — b) metaph. *summus,* ita, ut sit cognomen Dei in summo quippe coelorum ex opinione Judaeorum residentis vel maiestate summi Marc. V, 7. Luc. I, 32. 35. 76. VI, 35. VIII, 28. Act. VII, 48. XVI, 17. Hebr. VII, 1. — (Sirac. XLI, 8. XLIII, 12. 2 Macc. III, 31. ita de Jove Pindar. Nem. Od. I, 90. Diog. Laërt. VIII, c. 1.) — Saepius non reperitur in N. T.

Ὕψος, εος, ους, τό, 1) *altitudo, die Höhe* a) propr. Eph. III, 18. Apoc. XXI, 16. (Diod. Sic. III, 43. Herodian. I, 5. 4. Xen. Mem. III, 4. 7.) — b) *locus altus,* dicitur ita in N. T. *coelum,* ut ἀναβὰς εἰς ὕψος Eph. IV, 18. ἀνατολή item δύναμις ἐξ ὕψους Luc. I, 78. XXIV, 49. — Ita LXX pro מָרוֹם Ps. XVIII, 17. — c) metaph. pro: *dignitas* Jac. I, 9. LXX pro מָרוֹם Job. V, 11. (1 Macc. I, 40. Herodian. I, 13. 12.) — Saepius non legitur in N. T.

Ὑψόω, ῶ, f. ώσω, (ab ὕψος) 1) *in altum tollo* a) proprie, sq. accus., ut ὄφιν Joh. III, 14. de Jesu in cruce suspendendo. (Anthol. gr. T. IV. p. 18. ed. *Jacobs.*) — b) metaph. aa) *eveho aliquem ad dignitatem et felicitatem* α) sq. accus. Matth. XI, 23 et Luc. X, 15. καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα. Luc. I, 52. Act. XIII, 17. 2 Cor. XI, 7. Jac. IV, 10. 1 Petr. V, 6. (Sirac. XV, 5. Polyb. V, 26. 12.) — β) sq. accus. pers. et dat. adminiculi Act. II, 35. V, 31. — bb) *praeclare de aliquo sentio, laudibus effero,* sq. accus. pers. Matth. XXIII, 12. Luc. XIV, 11. XVIII, 14. — 2) *tollo* i. e. *e medio tollo,* sq. accus. Joh. VIII, 28. XII, 32. 34. — Saepius non legitur in N. T.

Ὕψωμα, τος, τό, *id, quod altum* vel *exaltat*
res alta. Bis in N. T. Rom. VIII, 39. οὔτε ὕψωμ
ἑτέρα κτίσις. — trop. de eo, quod castelli instar ex
resistendi vi excellit 2 Cor. X, 5. —

Φ.

Φάγος, ου, ὁ, *homo edax*, (a φάγω quod v.).
N. T. Matth. XI, 19 et Luc. VII, 34. ἄνθρωπος φά
οἰνοπότης. — De φάγος baroxytono cf. *Lobeck* ad
p. 434.

Φάγω vid. ἐσθίω.

Φαιλόνης, ου, ὁ, [metathesis vocis φαινόλης,
tur Artemid. II, 3. V, 59. Cf. *Buttm.* §. 18, not. 2
max. Vol. I. §. 20, not. 5. p. 82. *Matthiae* §. 16
p. 64. Scribitur etiam φαιλώνης, φελώνης] *paenula*
genus, quo utebantur Veteres in itineribus. Alii:
libraria. Semel in N. T. 2 Tim. IV, 13. Cf. *Win*
Realw. p. 384.

Φαίνω, f. φανῶ, 1) *in lucem profero*, *ostend*
spiciendum praebeo. Legitur ita in N. T. medium: φ
μαι, *conspiciendum me praebeo* i. e.

A) *appareo, ich erscheine,*

a. 2. p. ἐφάνην et f. 2. p. φανήσομαι signif. media [vi
vocc. διακονέω et προςκολλάω adnotata], AA) de pe
a) de angelis, sq. dat. pers. Matth. I, 20. II, 13. 19. — b
verse aa) sq. dat. pers. Marc. XVI, 9. (Lucian. D. D.
Xen. Cyr. I, 6. 43.) — bb) et addito nominat. prae
enuntiati per particip. vel per adiectiv. Cf. *Matthiae* §.
p. 1078. *Herm.* ad Vig. p. 771. *Wolf* ad Dem. Lept. p.
α) plene, ut φαίνομαί τινι νηστεύων i. e. *ich zeige mi*
mandem als einen, der da fastet = es sieht Jemand,
ich faste Matth. VI, 16. 18. — XXIII, 28. — (Lucian.
IV, 1. Dial. mort. XXIII, 5.)— β) minus plene i. e. abe
minat. e contextu facile cognoscendus, ut προςευχόμενος
VI, 5. — γ) abest dat. pers., ut φαίνομαι δόκιμος
XIII, 7. (Cebet. tab. c. 5. Herodian. III, 14. 15. Lucian
mort. XXIX, 6. Xen. Cyr. I, 4. 19. Hier. IV, 1.) — c)
c. dat. populi et addito οὕτως [*ita* i. e. *tam praeclaru*
eximius] Matth. IX, 33. — d) absolute Luc. IX, 8.
IV, 18. —

BB) de rebus a) universe aa) absolute, ut τότε
καὶ τὰ ζιζάνια Matth. XIII, 26. — hinc φαινόμενα, *re*
sibus obviae Hebr. XI, 3. — bb) sq. ἐν c. dat. ad locum
tinente Apoc. XVIII, 23. — cc) sq. nominat. praedic

τεργαζομένη Rom. VII, 13. ὡραῖος Matth. XXIII, 27. — de rebus in coelo, in aëre conspiciendis, ut de stella Matth. , 7. de fulmine XXIV, 27. de prodigio v. 30. de vapore Jac. , 14. — (Xen. Cyr. I, 6. 1.) —

B) refertur ad mentem vel mentis oculos et vires, [dem geistigen Auge oder dem Urtheil erscheinen] = *videor*

sq. dat. pers. et nominat. praedicati, ut τί φαίνεται ὑμῖν arc. XIV, 64. (3 Esr. II, 24. φαίνεται Cebet. tab. c. 39. em. 1267, 10. — sq. infinit. Xen. Cyr. II, 2. 20. Plat. Charid. p. 59. ed. *Heindorf.*) — b) sq. ἐνώπιόν τινος [ex hebr. dat. simplici; vid. ἐνώπιον p. 550.] et nominat. praedicati ıc. XXIV, 11.

C) *luceo, ich scheine, leuchte.*

ropr. Lucian. D. D. IV, 5. Xen. Symp. I, 9.] Phil. II, 15. o loco luminibus comparantur homines, cognitione et morum titate excellentes.

2) activum φαίνω, intrans. *luceo, splendeo, ich leuchte, scheine,*

propr., ut ὁ ἥλιος φαίνει Apoc. I, 16. — 2 Petr. I, 19. — oc. VIII, 12. ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ, τὸ τρίτον αὐτῆς, quo co epexegeseos ergo additur τὸ τρίτον αὐτῆς = *ut tertia rs diei luce sua careat*, vel *zum dritten Theile.* — addi- dat. commodi Apoc. XXI, 23. — (σελάνα, φαῖνε καλόν heocrit. idyll. 2, 11.) — b) ut, qui cognitione mentisque stitate excellunt, luci comparantur, ita iidem, quatenus aliom mentes melioris cognitionis luce collustrant; dicuntur αίνειν Joh. I, 5. V, 35. — c) τὸ φῶς φαίνειν dicitur per aginem, ubi homines gaudent melioris cognitionis luce 1 Joh. , 8. — Saepius non extat in N. T.

Φάλεκ, ὁ, *Phaleg*, nomen proprium hebr. viri Luc. I, 35.

Φανερός, ά, όν, (a φαίνω) *manifestus*, φανερὸς μι *manifestus sum, notus sum, cognoscor* Act. IV, 16. Gal. 19. — ἐν αὐτοῖς = *inter eos* Rom. I, 19. — ἐν τούτῳ oh. III, 10. — εἰς φανερὸν ἐλθεῖν *manifestari* Marc. 22 et Luc. VIII, 17. — φανερὸς γίνομαι *innotesco, eo* Marc. VI, 14. Act. VII, 13. 1 Cor. III, 13. XIV, 25. — ὑμῖν = *inter vos* 1 Cor. XI, 19. ἐν πᾶσιν 1 Tim. IV, 15.— duplici ἐν, ut ἐν χριστῷ i. e. *Christo auctore* [vid. ἐν 523.] et ἐν c. dat. loci Phil. I, 13. — φανερὸν ποιεῖν ά *manifestum reddere aliquem* i. e. *divulgare facta alius* Matth. XII, 16 et Marc. III, 12. (1 Macc. XV, 9. Diod. I, 10. Polyb. X, 8. 14. Xen. Mem. III, 9. 2.) — ἐν τῷ

tefio, appareo A) activum, a) sq. accus. rei aa) solo
βουλάς 1 Cor. IV, 5. — Marc. IV, 22. Joh. II, 11. II
addito *ἔν τινι* = *an Jemandem* IX, 3. cf. *ἐν* p. 51
Rom. III, 21. XIV vel XVI, 25. 2 Cor. VII, 12. —
φανεροῦται = *τὸ γὰρ φῶς τὰ πάντα ἐλέγχει καὶ*
Eph. V, 13. — Col. IV, 4. *τὴν ὁδόν τινος* i. e. *viam*
quid Hebr. IX, 8. — Apoc. III, 18. XV, 4. — bb
Joh. XVII, 6. Rom. I, 19. Col. I, 26. — Ita גִּלָּה
rei et לְ Jer. XXXIII, 6. — cc) *τὶ διά τινος ἔν τινι*
2 Cor. II, 14. — dd) *τὶ διά τινος* 2 Tim. I, 10. —
τινι, aliquid per aliquid Tit. I, 3. Cf. de *ἐν* c. dat.
ἐν p. 523. — ff) additur *ἐν* c. dat. rei, in qua contin
rei [vid. *ἐν* p. 516.] 1 Joh. IV, 9. — gg) in interrog
1 Joh. III, 2. — — b) sq. accus. person. i. e. *consp*
praebeo aliquem, medium *φανεροῦμαι*, perf. pass
p. signif. media: *conspiciendum me praebeo* = *app*
erscheine aa) universe α) absolute Col. III, 4. 1 P
1 Joh. I, 2. II, 28. III, 5. — β) sq. dat. pers. Marc.
Joh. XXI, 14. — addito *ἐν* c. dat. rei, qua circum
indutus est aliquis Marc. XVI, 12. Col. III, 4. 1 Tim
Vide *ἐν* p. 527. — addito *ἐπί* c. genit. loci Joh. X
γ) sq. *ἔμπροσθεν* c. genit. rei 2 Cor. V, 10. — δ)
genit. rei, qua efficitur aliquid Hebr. IX, 26. — ε) sq.
1 Petr. I, 20. — ζ) c. *εἰς* finali 1 Joh. III, 8. — —
cio, ut innotescat aliquis, passivum: *innotesco* α)
Joh. I, 31. VII, 4. — β) sq. *ὅτι*, ut *φανερούμενοι, ὅτ*
χριστοῦ = *φανερὸν γάρ ἐστι, ὅτι ἐστὲ — χριστο*
III, 3. — 1 Joh. II, 19. — γ) sq. *ἔν τινι* i. e. *apud*
2 Cor. V, 11. Vide *ἐν* p. 515. — δ) sq. *εἴς τινα* 2 C
Vide *εἰς* p. 425 et *ἐν* p. 519 fin.

Ierodian. V, 8. 8. Dem. 479, 9. Xen. Anab. I, 9. 19. Thuc. 87.) — Saepius non legitur in N. T.

Φανέρωσις, εως, ἡ, (a φανερόω) *manifestatio*, bis in . T., ut τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς Cor. IV, 2. — ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύατος πρὸς τὸ συμφέρον Sens. *cuivis ita datus est Spiritus iv., ut salutem communem promovendo agi se illo doceri ossit* 1 Cor. XII, 7.

Φανός, οῦ, ὁ, (a φαίνω) *fax*, *lucerna*. Semel in N. T. oh. XVIII, 3. — (Artemid. V, 20. Xen. de rep. Lac. V, 7.) . *Lobeck* ad Phryn. p. 59.

Φανουήλ, ὁ, *Phanuel*, nom. propr. viri Luc. II, 36.

Φαντάζομαι, (a φαντάζω, apparere facio) *appareo, nspicior*. Semel in N. T. Hebr. XII, 21. τὸ φανταζόμενον *sum*, *spectaculum*. (Anthol. gr. T. I. p. 14. ed. *Jacobs*. iod. Sic. I, 17. Herodian. VIII, 3. 21. Plato Phileb. §. 114. 160. ed. *Stallbaum*.) De verbi huius significationibus vid. *euzer* ad Plotin. de pulcritud. p. 135 sq.

Φαντασία, ας, ἡ, (a φαντάζω, conspiciendum praeo; demonstratio) *ostentatio*, de pompa vel apparatu splenlo semel in N. T. Act. XXV, 23. — (Diod. Sic. XII, 83. lyb. X, 40. 6.)

Φάντασμα, τος, τό, (a φαντάζομαι quod v.) *visum*, *ie Erscheinung*, de spectro bis in N. T. Matth. XIV, 26. irc. VI, 49. (de varii generis visis legitur Jos. Arch. I, 20. 2. 6. 1. Artemid. I, 2. Macrob. Somn. Scip. I. c. 3. Plin. ist. VII, 27.)

Φάραγξ, αγγος, ἡ, *confragosa vallis*, *hiatus terrae*. gitur tantum Luc. III, 5. — LXX pro גַּיְא Jes. XL, 5. עֵמֶק s. XV, 7. (Diod. Sic. III, 36. XX, 25. Aelian. V. H. XIII, 1. lyb. III, 52. 8. Xen. H. G. VII, 2. 13.)

Φαραώ, ὁ, *Pharao*, commune nomen regum aegyptiarum antiquiorum. Act. VII, 10. ἐναντίον φαραὼ βασιλέως γύπτου quo l. verba βασ. αἰγ. faciunt appositionem nominis αραώ. v. 13. 21. Rom. IX, 17. Hebr. XI, 24. — cf. *Winer* bl. Realw. p. 580.

Φαρές, ὁ, *Phares*, nom. propr. viri Matth. I, 3. Luc. I, 32.

Φαρισαῖος, ου, ὁ, *Pharisaeus*, *sectae Pharisaeorum ddictus*; nomen huius sectae ut alii a פָּרַשׁ *explanavit*, alii פָּרַס *separavit*, repetunt, ita Jesu aetate Pharisaeorum alii sciplinam Hillelis, alii scholam Schammai, alii alios secuti nt. Dogmata quod attinet, libros quidem V. T. religionis daicae fontes habebant, multum tamen tribuentes traditioni l παραδόσει pertinentibus maxime ad ritus externos, ut

perfectiorem transeamus Hebr. VI, 1. — b) metaph. aa) pro: *curam gero, prospicio rei, guberno aliquid* [uti enim curae comparantur oneri, ita, qui curam rei gerit, opus portanti contenditur], ut πάντα Hebr. I, 3. — Ita LXX φέρειν τὸν λαόν, item ὑμᾶς pro נָשָׂא Num. XI, 14. Deut. I, 9. (τὴν πόλιν Plut. vit. Lucull. c. 6. ὁ μὲν ὄντα φέρων [scil. θεός] καὶ τὰ πάντα γεννῶν Philo, quis rer. div. haeres.) Esse hunc usum serioris aevi, docet *Passow* II. p. 993. — — bb) pro: *vim* vel *impetum alicuius rei fero, sustineo, aushalten* Hebr. XII, 10. 2 Petr. II, 11. (Lucian. D. D. II, 3. Aelian. V. H. IX, 33. Xen. Anab. III, 1. 23.) — cc) τὸν ὀνειδισμόν = *tolero, sustineo* Hebr. XIII, 13. — (Xen. Mem. IV, 8. 1.) — dd) ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ = μακροθύμως φέρω, *patienter fero* Rom. IX, 22. (τὶ πρᾴως Xen. Cyr. II, 2. 9. — Mem. II, 2. 10. II, 3. 5.) —

2) *affero, herzubringen, herbringen, überbringen, darbringen* a) sq. accus. *rei* aa) universe Luc. XV, 23. Act. IV, 34. 37. V, 2. 2 Tim. IV, 13. (Xen. Cyr. II, 2. 9.) — θάνατόν τινος pro: *affero testimonium de morte alicuius* Hebr. IX, 16. (σημεῖα argumenta Diod. Sic. I, 97. αἰτίαν I, 89.) — κατηγορίαν item αἰτιώματα κατά τινος Joh. XVIII, 29. Act. XXV, 7. — — additur dat. pers. Marc. XIV, 15. — vel ὧδε Matth. XIV, 18. (Lucian. D. D. VI, 5. Xen. Cyr. II, 4. 1.) — vel εἰς c. accus. loci Apoc. XXI, 24. 26. — vel ἐπί c. dat. vasis Matth. XIV, 11. Marc. VI, 28. LXX pro הֵבִיא Gen. XXVII, 7. XXXI, 39. — abest accus. rei, facile e contextu addendus Marc. XII, 16. Joh. II, 8. — additur dat. pers. Joh. II, 8. vel ἀπό τινος Joh. XXI, 10. vel inf. finalis, ut φαγεῖν Joh. IV, 33. — bb) *admovendi* sensu Joh. XX, 27 bis. — cc) de rebus, quarum nuntius affertur, ut διδαχήν 2 Joh. v. 10. προφητείαν [= nuntium affero spectantem ad res futuras] = *vaticinium profero* 2 Petr. I, 21. (τῶν δ' ἱερείων φερόντων νίκην Diod. Sic. XIII, 97.) — dd) φωνήν τινι *vocem in honorem alicuius*, ut ἐνεχθείσης — αὐτῷ i. e. *cum vox audiretur in honorem eius* 2 Petr. I, 17. addito ἐκ c. genit. loci v. 18. — ee) χάριν τινί, *beneficium offero alicui, orno aliquem beneficio* 1 Petr. I, 13. (Herodian. V, 6. 22.) — — b) sq. accus. *personae* Marc. II, 3. Act. V, 16. — addito dat. pers. Marc. VII, 32. VIII, 22. — vel ὧδε Matth. XVII, 17. — vel πρός τινα Marc. I, 32. IX, 17. 19. 20. (τὶ πρός τινα Xen. Cyr. VIII, 3. 47.) — vel ἐπί c. genit. loci Luc. V, 18. —

3) *profero, hervorbringen*, ut καρπόν Joh. XII, 24. XV, 2 ter. v. 4. 5. 8. 15. (Herodian. IV, 2. 16. Aelian. V. H. III, 18. Xen. Mem. II, 1. 28.) — abest καρπούς Marc. IV, 8.

4) *duco, ich führe* a) de personis, item de bestiis, quas ducit aliquis aa) sq. accus. et ὅπου c. accus. loci Marc. XV, 22. Act. XIV, 13. — bb) sq. ὅπου Joh. XXI, 18. — — b) de via

ducente εἰς τόπον τινά Act. XII, 10. (Diod. Sic. XIV, 48. Cebet. tab. c. 12. Dem. 1155, 13. Xen. Cyr. V, 4. 41.) — Saepius non extat in N. T.

Φεύγω, f. ξομαι a. 2. ἔφυγον 1) *fugio*, a) proprie i. e. *celeriter abeo*, aa) absolute Matth. VIII, 33. XXVI, 56. Marc. V, 14. XIV, 50. Luc. VIII, 34. Joh. X, 12. 13. Act. VII, 29. (Herodian. VIII, 1. 9. Lucian. D. D. XIV, 3. Xen. Anab. I, 10. 11.) — bb) sq. ἀπό c. genit. loci [vid. ἀπό p. 107.] Marc. XVI, 8. — (Xen. Cyr. VII, 2. 4.) — vel c. genit. pers. Marc. XIV, 52. Joh. X, 5. Jac. IV, 7. (Xen. Mem. II, 6. 31. Plat. Phaedon. c. 10. ed. *Fischer.*) — cc) sq. εἰς c. accus. loci Matth. II, 13. X, 23. XIII, 14. Luc. XXI, 21. Apoc. XII, 6. — (Xen. Mem. I, 2. 24.) — dd) sq. ἐπί c. accus. loci, ut ἐπὶ τὰ ὄρη Matth. XXIV, 16. (Xen. Ages. II, 11.) — b) metaph. aa) *vito, aversor*, α) sq. accus. rei, ut τὴν πορνείαν 1 Cor. VI, 18. 1 Tim. VI, 11. — 2 Tim. II, 22. (Herodian. VII, 8. 13. Dem. 498, penult. Xen. Cyr. VIII, 1. 31.) — β) sq. ἀπό τινος, ut ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας 1 Cor. X, 14. — Apoc. IX, 6. φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν i. e. *der Tod wird sie verschmähen, nicht haben wollen.* Ita qui pugnantes morti sese obiiciunt, neque tamen succumbunt, dicere solent: der Tod mochte mich nicht — bb) de rebus evanescentibus α) absolute Apoc. XVI, 20. — β) addito ἀπὸ προςώπου τινός i. e. *vi adspectus eius* Apoc. XX, 11. Vide ἀπό p. 116. — 2) *effugio, evado, entrinnen* a) sq. ἀπό τινος Matth. III, 7. Luc. III, 7. — b) sq. accus. Hebr. XI, 34. — XII, 25. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον scil. τὸν λαλοῦντα. — (ita φεύγειν ἐκ τοῦ πράγματος e caede effugere Xen. H. G. IV, 4. 4 sq. accus. Hom. Iliad. II, 401.) — Saepius non habetur in N. T.

Φῆλιξ, ικος, ὁ, *Felix*, procurator Judaeae ordine XI^mus^, insignitur nominibus Claudii et Antonii, quod esset libertus Claudii imperatoris et matris eius Antoniae. Auctoribus Josepho et Tacito fratrem habuit, Pallantem, libertum Antoniae; ad procuratoris dignitatem evectus teste Tacito per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit. In matrimonio habuit primum Drusillam, neptim Cleopatrae et Antonii, postea aliam Drusillam, filiam Herodis Agrippae, ex qua filium habuit Agrippam, in montis Vesuvii eruptione interemtum. Multum et vehementer Felice Procuratore Judaea perturbabatur latrociniis, sicariorum insidiis, impostorum, Messiae nomen sumentium, fraudibus et machinationibus. Paulum Apostolum captivum tradidit Festo successori; Felicem denique ipsum a Judaeis Caesareensibus accusatum Nero imperator absolvit. Act. XXIII, 24. 26. XXIV, 3. 22. 24. 25. 27. XXV, 14. Cf. Tacit. Hist. V, 9. idem Annal. XII, 54. Sueton. vit. Claud. c. 28. Joseph. Arch. XX, 1 et 7 et 8. de bell. iud. II, 13.

Φήμη, ης ἡ, *fama*. Bis in N. T. Matth. IX, 26. Luc. IV, 4. (Diod. Sic. II, 16. Aelian. V. H. III, 25. Polyb. VI, 52. 11. Herodian. I, 4. 19. Dem. 417, 2.)

Φημί, a. 2. ἔφην, *dico* a) universe Matth. XXVI, 34. 61. Luc. VII, 44. XXII, 58. Act. VIII, 36. X, 28. 30. 31. XVI, 30. 37. XVII, 22. XIX, 35. XXII, 2. XXIII, 17. 18. 34. XXV, 5. 22. 24. XXVI, 1. 24. 32. 1 Cor. VII, 29. X, 15. 19. XV, 50. (Herodian. V, 6. 9. Xen. Mem. I, 2. 45.) — b) in media oratione et cum verba alterius afferuntur: *inquam, aio* vid. *Sturz* Lex. Xen. sub φῆμι no. 16. — Matth. XIV, 8. XXI, 27. Act. XXIII, 35. XXV, 5. 22. XXVI, 25. 1 Cor. VI, 16. 2 Cor. X, 10. Hebr. VIII, 5. (Xen. Oecon. IX, 14. Mem. III, 11. 15.) — c) de respondentibus aa) iunctum c. ἀποκριθεὶς Matth. VIII, 8. Luc. XXIII, 3. — bb) nude positum Matth. IV, 7. XIII, 28. 29. XVII, 26. XIX, 21. XXV, 21. 23. XXVII, 11. 65. Marc. XIV, 29. Luc. VII, 40. 44. XXII, 70. Joh. I, 23. IX, 38. Act. II, 38. VII, 2. X, 30. XXII, 27. 28. XXIII, 5. XXVI, 25. 28. (Xen. Mem. I, 2. 41—46.) — d) de affirmantibus Rom. III, 8. (Diod. Sic. I, 90. II, 1. Herodian. II, 8. 8. Xen. Oecon. X, 4.) — e) de interrogantibus Matth. XXVII, 23. Act. XVI, 30. XXI, 37. (Xen. Mem. I, 2. 41—46.) —

Φῆστος, ου, ὁ, *Festus*, Porcius, procurator Judaeae, ordine duodecimus, Felicis successor, qui, causa cognita, Paulum captivum Romam dimisit. Act. XXIV, 26. XXV, 1. 4. 9. 12. 13. 14. 22—24. XXVI, 24. 25. 32 coll. Jos. Arch. XX, 8. de bell. iud. II, 13.

Φθάνω, f. φθάσω a. 1. ἔφθασα 1) *praevenio, anteverto, prior venio, quam alter* sq. accus. 1 Thess. IV, 15. οἱ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, sens. *nos, qui in vita superstites sumus Messia redeunte, nullo modo priores ad eum veniemus, quam illi, qui mortui iam sunt eo redeunte.* (Plut. apophth. lacon. Mor. II. p. 105. ed. *Tauchn.* Xen. Cyr. III, 1. 19.) cf. *Matthiae* §. 412, 4. p. 755. *Herm.* ad Vig. p. 763—765. — 2) *venio, pervenio*, a) de personis aa) sq. ἄχρι c. genit. pers. i. e. *usque ad regionem* vel *urbem alicuius* 2 Cor. X, 14. — bb) sq. εἰς c. accus. rei [propr. Xen. Cyr. V, 4. 9. Anthol. gr. Vol. II. p. 121. ed. *Jacobs*.] = *assequor aliquid* Rom. IX, 31. Phil. III, 16. (ἐπί τι Aeschin. 89, 14.) — b) de rebus, sq. ἐπί τινα i. e. vel *ad aliquem* Matth. XII, 28. Luc. XI, 20. — vel *super aliquem*, ut ἡ ὀργή 1 Thess. II, 16. De h. l. aor. ad rem futuram pertinente vid. *Winer* p. 119. *Matthiae* §. 506. p. 960. *Herm.* ad Vig. p. 747. (LXX Dan. IV, 25. Cohel. VIII, 14.) — Saepius non extat in N. T.

Φθαρτός, ή, όν, (a φθείρω) *corruptibilis, corruptioni obnoxius, zerstörbar*, ut στέφανος 1 Cor. IX, 25. τὸ φθαρτὸν sc. σῶμα 1 Cor. XV, 53. 54. — τὰ φθαρτά i. e. *res caducae* 1 Petr. I, 18. σπορὰ φθαρτή 1 Petr. I, 22. —

φθαρτὸς ἄνθρωπος i. e. *homo mortalis* Rom. I, 20. (Sapient. IX, 15. 2 Macc. VII, 16.) Saepius non legitur in N. T.

Φθέγγομαι, f. γξομαι, (sonum emitto *D'Orville* ad Chariton. p. 409.) *dico, verba facio.* Ter in N. T. absolute Act. IV, 18. (Xen. Cyr. VII, 3. 11.) — ἐν c. dat. admin. — 2 Petr. II, 16. (c. dat. adminiculi simplici Philostr. vit. Sophist. I, 16. 13.) — c. accus. rei 2 Petr. II, 18. (Sirac. XIII, 22. Lucian. D. D. IV, 8. Dem. 405, 14.)

Φθείρω, f. φθερῶ, *corrumpo, deterioris conditionis facio aliquem, perdo* a) universe, sq. accus. 1 Cor. III, 17 bis. 2 Cor. VII, 2. — addito ἐν c. dat. admin. Jud. v. 10. — (Aelian. V. H. XIV, 27. de virgine vitiata Dionys. Hal. Ant. II, 67.) — b) de moribus: *corrumpo, depravo,* aa) sq. accus. 1 Cor. XV, 33. Apoc. XIX, 2. — (Diod. Sic. XVI, 54. Xen. Mem. I, 5. 3.) — bb) τινὰ ἀπό τινος = φθείρω τινὰ χωρίζων αὐτὸν ἀπό τινος 2 Cor. II, 13. Vide ἀπό p. 108 et *Winer* p. 104. — cc) τινὰ κατά τι i. e. *vi alicuius rei* Eph. IV, 22. — Saepius non legitur in N. T.

Φθινοπωρινός, ή, όν, (a φθίνω, decresco, ad finem vergo et ὀπώρα auctumnus) *auctumnalis, ad auctumnum pertinens.* [propr. Polyb. VI, 51. 4.] Extat tantum Jud. v. 12. quo loco quaenam sint arbores auctumnales, ipse auctor explicat, addens: ἄκαρπα et adumbrantur hoc nomine doctores falsi vel homines nullius frugis δένδρα φθινοπωρινά.

Φθόγγος, ου, ὁ, (a φθέγγομαι) *sonus.* Bis in N. T. a) propr. de sono instrumenti musici 1 Cor. XIV, 7. — (Sap. XIX, 18. Philostr. vit. Apollon. V. c. 21.) — b) pro: φωνή vel ὁ φθόγγος τῆς φωνῆς. Rom. X, 18. coll. LXX Ps. XIX, 5.

Φθονέω, ῶ, f. ήσω, *invideo.* Legitur tantum, sq. dat. personae, Gal. V, 26. — (Herodian. III, 2. 6. Polyb. VI, 58. 5. Xen. Mem. III, 5. 16.)

Φθόνος, ου, ὁ, *invidia, Neid, Missgunst* Matth. XXVII, 18. Marc. XV, 10. Rom. I, 29. Gal. V, 21. Phil. I, 15. 1 Tim. VI, 4. Tit. III, 3. Jac. IV, 5. 1 Petr. II, 1. Saepius non legitur in N. T. (1 Macc. VIII, 16. Diod. Sic. III, 57. Polyb. VI, 9. 1. Aelian. V. H. III, 17. Xen. Mem. III, 9. 8.)

Φθορά, ᾶς, ἡ, (a φθείρω, corrumpo; corruptio, ut σώματος Dionys. Hal. Ant. II. 25.) 1) *interitus, pernicies* Gal. VI, 8. Col. II, 22. — LXX pro שַׁחַת Jon. II, 7. (Diod. Sic. I, 10 et 28. Polyb. VI, 9. 11. Herodian. I, 12. 2. Thuc. II, 47.) — 2) *mors* i. e. *das Sterben*, ut ζῶα — γεγεννημένα — εἰς φθοράν i. e. *ut moriantur* vel *trucidentur* 2 Petr. II, 12. (Artemid. I, 78. Xen. Cyr. VII, 5. 64.) — ἡ δουλεία τῆς φθορᾶς = *necessitas moriendi* Rom. VIII, 21.— σπείρεται ἐν φθορᾷ = σπείρεται σῶμα ἐν φθορᾷ ὄν i. e. σῶμα φθαρτόν 1 Cor. XV, 42. Cf. ἐν p. 532 ab init. —

ἡ φθορά pro: τὸ φθαρτόν v. 50. — 3) metaph. *perversitas, mores corrupti* 2 Petr. I, 4. II, 12. 19. (Sap. XIV, 12. 25.) Saepius non extat in N. T.

Φιάλη, ης, ἡ, *phiala*, *Schaale* Apoc. V, 8. XV, 7. 16. XVI, 1—4. 8. 10. 12. 17. XVII, 1. XXI, 8. LXX pro מִזְרָק Num. IV, 14. — Esse hanc formam atticam, observavit post Moerid. p. 389. Moschopul. περὶ σχ. p. 120. *Plank* de natura et indole orationis gr. N. T. p. 26.

Φιλάγαθος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, *boni et recti amans, virtuti amicus.* Semel in N. T. Tit. I, 8. — (Sap. VII, 22. Plut. praecept. coniugal. c. 17. Mor. I. p. 326. ed. *Tauchn.*)

Φιλαδέλφεια, ας, ἡ, *Philadelphia*, urbs secunda Lydiae, sita ad montem Tmoli, exstructa et nominata a rege Pergami, Attalo Philadelpho, ao. urbis Romae conditae 600. Haeredem cum scripsisset Attalus populum rom. post mortem eius [u. c. 621.] cum regno pergameno imperio rom. adscripta est. Appellatur hodie: *Alahshar*, *Allakschir*. Apoc. I, 11. III, 7.

Φιλαδελφία, ας, ἡ, (a φιλάδελφος) *amor erga fratres* [propr. Lucian. Dial. Deorr. XXVI, 3.] sensu christiano: *amor mutuus, quem Christianus Christiano debet* v. ἀδελφός. Rom. XII, 10. 1 Thess. IV, 9. Hebr. XIII, 1. 1 Petr. I, 22. 2 Petr. I, 7.

Φιλάδελφος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φίλος et ἀδελφός) *fratris amans* [propr. 2 Macc. XV, 14. Diod. Sic. III, 56. Plut. quaest. rom. 17. Mor. I. p. 245. ed. *Tauchn.* Xen. Mem. II, 3. 17.] sensu christiano: *Jesu cultor Jesu cultores amans*; semel in N. T. 1 Petr. III, 8. vid. φιλαδελφία.

Φίλανδρος, ου, ἡ, (a φιλέω et ἀνήρ) *amans mariti.* Legitur tantum Tit. II, 4. (Plut. praecept. coniug. 28. Mor. I. p. 330. ed. *Tauchn.* Anthol. gr. T. IV. p. 276. *Jacobs.*)

Φιλανθρωπία, ας, ἡ, (a φιλάνθρωπος) *amor erga homines, humanitas.* Bis in N. T. Act. XXVIII, 2. Tit. III, 4. (2 Macc. IV, 22. Diod. Sic. III, 53. Polyb. XXVIII, 15. 11. Herodian. II, 3. 16. Aelian. V. H. II, 4. Xen. Cyr. I, 4. 1.)

Φιλανθρώπως, adv. (a φιλάνθρωπος) *humane, humaniter.* Legitur tantum Act. XXVII, 3. (2 Macc. IX, 27. Polyb. I, 68. 13. Dem. 411, 10.)

Φιλαργυρία, ας, ἡ, (a φιλάργυρος) *argenti* i. e. *pecuniae amor, avaritia.* Semel in N. T. 1 Tim. VI, 10. — (Diod. Sic. V, 26. Cebet. tab. c. 23. Herodian. VI, 9. 17. Polyb. IX, 25. 4.)

Φιλάργυρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φίλος et ἄργυρος) *argenti* i. e. *pecuniae amans, avarus.* Bis in N. T. Luc. XVI, 14. 2 Tim. III, 2. (Aelian. V. H. IX, 1. Xen. Mem. III, 1. 10. Jos. de Maccab. c. 3.)

Φίλαυτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φίλος et αὐτός) *sui amans*. Legitur tantum 2 Tim. III, 2. (Plut. vit. Arat. c. 1. Aristot. de rep. II, 5.)

Φιλέω, ῶ, f. ήσω, (a φίλος) 1) *amo, ich liebe*, a) sq. accus. pers. Matth. X, 37. Joh. V, 20. XI, 3. 36. XV, 19. — XVI, 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε i. e. *weil ihr mich geliebt habt und noch liebt*. De qua vi praeterit. cf. *Winer* p. 116. *Matthiae* §. 502, 2. p. 953. *Buttm.* §. 124. *Herm.* ad Vig. p. 748. coll. p. 212. — Joh. XX, 2. XXI, 15—17. 1 Cor. XVI, 22. Tit. III, 15. Apoc. III, 19. LXX pro אָהַב Gen. XXXVII, 3. (Herodian. I, 5. 12. Lucian. Dial. Deorr. II, 2. Dem. 660, ult. Xen. Mem. II, 7. 9.) — b) sq. accus. rei = *delector* aa) simpliciter, ut πρωτοκλισίαν Matth. XXIII, 6. Luc. XX, 45. Apoc. XXII, 15. LXX pro אָהַב Prov. XXIX, 3. (Sapient. VIII, 2. Xen. Oecon. XX, 29.) — bb) *nimii* notione inclusa Joh. XII, 25. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Cf. *Winer* p. 104. *Lücke* II. p. 346. — c) sq. infinit. ut Lat. *amo facere aliquid* pro: *lubenter facio* Matth. VI, 5. φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς προςεύχεσθαι *lubenter in Synagogis preces faciunt*. Ita LXX et hebr. אָהַב sq. לְ c. inf. Jes. LVI, 10. (Sirac. XVI, 33. Aelian. V. H. IV, 37. hinc Graecis φιλεῖν pro: εἰωθέναι Herodian. I, 2. 8. Artemidor. II, 20. Dionys. Hal. Ant. VII, 56. Polyb. IV, 2. 11. Xen. de mag. equit. VII, 9.) Cf. *Winer* p. 168. *Passow* II. p. 1005. — 2) *osculor*, [propr. ore amorem significo], sq. accus. Matth. XXVI, 48. Marc. XIV, 14. Luc. XXII, 47. Ita LXX pro נָשַׁק Gen. XXVII, 26. 27. (Tob. VI, 25. Arrian. exped. Alex. M. IV, 11. Plut. praecept. coniug. 10. Mor. I. p. 323. ed. *Tauchn.* Lucian. Dial. Deorr. IV, 1. Aelian. V. H. IX, 26. Xen. Mem. III, 11. 10.) Saepius non legitur in N. T.

Φίλη, ης, ἡ, *amica*. Legitur tantum Luc. XV, 9. (Xen. Mem. II, 1. 23. III, 11. 16.)

Φιλήδονος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex φίλος et ἡδονή) *volupatis amans*. Extat tantum 2 Tim. III, 4. (Polyb. XL, 6. 11. Plutarch. praecept. coniug. 17. Mor. I. p. 326. ed. *Tauchn.*)

Φίλημα, τος, τό, *osculum*, (a φιλέω quod v. a) universe Luc. VII, 45. XXII, 48. LXX pro נְשִׁקָה Prov. XXVII, 6. Cantic. I, 2. De osculo apud Hebraeos cf. *Winer* bibl. Realw. p. 399. (Lucian. Dial. Deorr. V, 2. Xen. Mem. I, 3. 8 et Symp. V, 7.) — b) de osculo Christianorum sacro φίλημα ἅγιον Rom. XVI, 16. 1 Cor. XVI, 20. 2 Cor. XIII, 12. 1 Thess. V, 26. item φίλημα ἀγάπης appellatur 1 Petr. V, 14. — Saepius non legitur in N. T.

Φιλήμων, ονος, ὁ, *Philemon*, nom. propr. viri Colossensis, opera Pauli religionis christianae notitia imbuti, in cuius aedibus Christiani colossenses convenire solebant. Litteras

ad eum dedit Paulus, reconciliaturus eum servo cuidem fugitivo, Onesimo. — Quae de Philemone, Colossensium episcopo, religionis causa Neronis iussu trucidato, commemorantur, traditioni debentur, fide vero historica destituuntur. Philem. v. 1.

Φίλητος, ου, ὁ, *Philetus*, nom. propr. viri Paulo adversantis 2 Tim. II, 17. De huius nominis accentu vid. ad τύχικος observata.

Φιλία, ας, ἡ, (a φίλος) *amor*. Semel in N. T. Iac. IV, 4. ἡ φιλία τοῦ κόσμου i. e. *nimium rerum terrestrium studium*. LXX pro אַהֲבָה Prov. X, 12. XV, 17. (Diod. Sic. III, 54. Aelian. V. H. XII, 1. Dem. 19. penult. Xen. Mem. II, 3. 4.)

Φιλιππήσιος, ου, ὁ, *Philippensis*. Phil. IV, 15.

Φίλιπποι, ων, οἱ, *Philippi*, urbs Macedoniae proconsularis, in finibus Thraciae, inter Apolloniam et Amphipolin sita, a colonia, quam huc deduxerat Octavianus Act. XVI, 12. κολωνία, a iuribus vero et privilegiis, quibus fruebatur, πρώτη τῆς μακεδονίας appellatur. Philipporum nomen accepit a Philippo, rege Macedonum, patre Alexandri M. cum olim Crenides et Datos appellata fuerit. Cives huius urbis Pauli opera religionis christianae notitia imbuti prae ceteris amore Pauli et liberalitate erga eundem excelluisse, testatur epistola, quam ad illos dedit. Act. XVI, 12. XX, 6. Phil. I, 1. 1 Thess. II, 2. coll. Diod. Sic. XVI, 14. Dio Cass. 51, 4. Plin. H. N. IV, 11.

Φίλιππος, ου, ὁ, *Philippus*, nomen propr. 1) unius ex XII Iesu apostolis Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 14. Joh. I, 45—49. VI, 5. 7. XII, 12. 13. XIV, 8 sqq. Act. I, 13.—— 2) unius ex VII diaconis ecclesiae hierosolymitanae primaevae, Samaritanos religionem christianam docentis et lavacro sacro initiantis cubicularium reginae Aethiopicae Act. VIII, 5. XXI, 8. — 3) unius e filiis Herodis M. neque tamen illius, qui tetrarchiae nomine praefuit Ituraeae et Trachonitidi, sed alterius, quem suscepit Herodes M. ex Mariamne et qui exheredatus a patre vitam privatus transegit. Eidem frater Herodes Antipas uxorem, quam habuit, Herodiaden rapuit Matth. XIV, 3. Marc. VI, 17. coll. Jos. Arch. XVII, 1. — 4) filius Herodis M. ex Cleopatra natus, Romae cum Archelao fratre educatus, et post patris mortem tetrarchia Batanaeae, Gaulonitidos, Trachonitidos et Ituraeae constitutus Matth. XVI, 13. Marc. VIII, 27. Luc. III, 1.

Φιλόθεος, ου, ὁ, ἡ, *Dei amans*. Legitur tantum 2 Tim. III, 4. (Diod. Sic. I, 95.)

Φιλόλογος, ου, ὁ, *Philologus*. Nom. propr. viri Rom. XVI, 15.

Φιλονεικία, ας, ἡ, (a φιλέω et νεῖκος rixa; altercandi studium, aemulatio Xen. Cyr. VII, 1. 9.) *contentio*. Semel in N. T. Luc. XXII, 24. — (Aelian. V. H. XIII, 44. Polyb. V, 93. 9. Thuc. VIII, 76.)

Φιλόνεικος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φιλέω et νεῖκος rixa) *contentiosus*. Semel in N. T. 1 Cor. XI, 16. (Polyb. fragm. gr. 115. Herodian. IV, 4. 2. Xen. de re eq. IX, 8.)

Φιλοξενία, ας, ἡ, (a φιλέω et ξένος quod v.) *amor erga peregrinos*, *hospitalitas*. Bis in N. T. Rom. XII, 13. Hebr. XIII, 2. (Polyb. IV, 20. 1.)

Φιλόξενος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (a φιλέω et ξένος) *peregrinorum amans*, *hospitalis*. Ter in N. T. 1 Tim. III, 2. Tit. I, 8. 1 Petr. V, 9. (Xen. H. G. VI, 1. 3.)

Φιλοπρωτεύω, f. εύσω, (a φιλέω et πρωτεύω primus sum) *primus esse amo* vel *cupio*, *principatum affecto*. Semel in N. T. 3 Joh. v. 9. (adiectiv. φιλόπρωτος habet Polyb. fragm. gr. 115. Artemid. II, 33.)

Φίλος, ου, ὁ, *amicus* a) de hominibus, qui bene alicui cupiunt vel cui alii bene cupiunt Luc. VII, 6. XI, 5. 6. 8. XII, 4. XIV, 12. XV, 6. 29. XVI, 9. XXI, 16. XXIII, 17. Joh. III, 29. XI, 1. XV, 13—15. XIX, 12. Act. X, 24. XIX, 31. XXVII, 3. Jac. II, 23. 3 Joh. v. 15. (Polyb. I, 44. 1. Dem. 113, 27. Xen. Mem. II, 5. 4.) — b) de sodalibus Matth. XI, 19. Luc. VII, 34. (similiter de sociis Xen. Ages. II, 30.) — c) de iis, qui delectantur aliqua re, φίλος τοῦ κόσμου. Jac. IV, 4. v. φιλέω no. 1. b. β.) — d) in blanda compellatione Luc. XIV, 10. — Saepius non reperitur in N. T.

Φιλοσοφία, ας, ἡ, (a φίλος et σοφός, propr. amor vel studium sapientiae) *scientia* vel *sapientia subtilior*, dicitur in N. T. de subtiliore religionis iudaicae scientia, pertinente tum ad librorum V. T. interpretationem, tum ad τὰς παραδόσεις et cultum externum seu de theologia iudaica Col. II, 8. (de scientia rerum divinarum et humanarum Xen. Symp. I, 5. Aeschin. Dial. Socr. II, 22. Herodian. I, 2. 6. de Chaldaeorum doctrina et sapientia Diod. Sic. II, 29.)

Φιλόσοφος, ου, ὁ, *Philosophus*, *ein Philosoph*. Semel in N. T. Act. XVII, 18. (Aeschin. Dial. Socr. III, 17 et 20. Xen. Mem. I, 2. 31. Herodian. I, 9. 6.)

Φιλόστοργος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φιλέω et στοργή tener amor) *tenero affectu alios prosequens*, *zärtlich liebend*. Extat tantum Rom. XII, 10. τῇ φιλαδελφίᾳ [cf. *Winer* p. 84. *Matthiae* §. 400, 6. p. 731.] εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. (Marc. Antonin. I, 9. Athen. XIII, p. 555. D. Xen. Cyr. I, 3. 2.)

Φιλότεκνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φιλέω et τέκνον) *liberos amans*. Semel in N. T. Tit. II, 4. (Etymol. M. 794, 22. Plut. T. III. p. 673. ed. *Reisk.*)

Φιλοτιμέομαι, οῦμαι, (a φιλότιμος, honoris amans; honoris studiosus sum) 1) *honorem pono in aliqua re*, sq. infin. 1 Thess. IV, 11. — (Diod. Sic. IV, 83. Aelian. V. H. IX, 29. Lysias 533, 2. Xen. Mem. II, 6. 11.) — 2) *summo studio annitor*, sq. infin. Rom. XV, 20. 2 Cor. V, 9. (Diod. Sic. II, 7. III, 17. Plut. apophth. Alex. Mor. II. p. 22. ed. *Tauchn.* Polyb. I, 4. 2.)

Φιλοφρόνως, adv. (a φιλόφρων) *benigne, amice.* Semel in N. T. Act. XXVIII, 7. — (2 Macc. III, 9. Diod. Sic. XI, 56. Aelian. V. H. IV, 9. Xen. Cyr. V, 5. 32.)

Φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a φίλος et φρήν) *amica et benevola mente praeditus.* Ita Codd. 1 Petr. III, 8. (Xen. Mem. III, 1. 6.)

Φιμόω, ῶ, f. ώσω, (a φιμός capistrum Aeschin. 9, 9.) 1) *capistro os obduro*, sq. accus. 1 Cor. IX, 9 et 1 Tim. V, 18. — LXX ita pro חָסַם Deut. XXV, 4. de h. l. futur. vid. sub οὐ p. 203 monita. — 2) metaph. *obmutescere* vel *silere facio*, **φιμόομαι, οῦμαι**, *obmutesco* a) de iis, qui ad silentium redigunt alios Matth. XXII, 12. ὁ δὲ ἐφιμώθη. v. 34. ἐφίμωσε τοὺς σαδδουκαίους. Marc. I, 25. et Luc. IV, 35. φιμώθητι. 1 Petr. II, 35. φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν. (Joseph. de bell. iud. I. prooem. 5. I, 22. 3. Lucian. de mort. Peregr. 15.) — b) de vento et maris fluctibus sedatis Marc. IV, 39. πεφίμωσο, *sey ruhig.* — De vi imperat. perfecti cf. *Matthiae* §. 500. p. 945. 947. *Winer* II. p. 108. coll. *Buttm.* §. 124, not. 9. — (Joseph. de Maccab. c. 2.) Saepius non reperitur in N. T.

Φλέγων, ονος, ὁ, *Phlegon.* Nomen propr. viri Rom. XVI, 14.

Φλογίζω, f. ίσω, (a φλόξ, γός, ἡ, flamma) *incendo, accendo* [propr. Sirac. III, 30. LXX Ps. XCVII, 3.] metaph. pro: *vehementer incito,* ut nostrates: *in Feuer und Flammen setzen.* Bis in N. T. Jac. III, 6.

Φλόξ, γός, ἡ, *flamma*, a) universe Luc. XVI, 24. ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. — φλὸξ πυρός, item πῦρ φλογός, vid. πῦρ p. 425. Act. VII, 30. Apoc. I, 14. II, 18. XIX, 12. — 2 Thess. I, 8. (Sirac. VIII, 10. Diod. Sic. XX, 65. Aelian. V. H. V, 6. Xen. Symp. II, 24.) LXX pro לַהַב Jes. XXIX, 6. — b) de fulminibus Hebr. I, 7. LXX pro לֹהֵב Ps. CIV, 4. — Saepius non legitur in N. T.

Φλυαρέω, ῶ, f. ήσω, (a φλύω ebullio) *nugor, nugas profero.* Legitur tantum 3 Joh. v. 10. (Aeschin. Dial. Socr. II, 16. Xen. Anab. III, 1. 26.)

Φλύαρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, *nugator, garrula.* Legitur tantum 1 Tim. V, 13. (Artemid. I. prooem. Aeschin. Dial. Socr. III, 18.)

Φοβερός, ά, όν, (a φοβέω) *formidabilis, terribilis, horrendus.* Ter in N. T. Hebr. X, 27. 31. XII, 21. LXX pro נוֹרָא Deut. I, 19. אָיֹם Habac. I, 7. דְּחִיל Dan. II, 31. (Sirac. XLIII, 29. 2 Macc. I, 24. Lucian. Dial. Deorr. XIX, 1. Dem. 505, 12. Xen. Anab. V, 2. 23.)

Φοβέομαι, οῦμαι, med. [verbi φοβέω, terrorem incutio Xen. Cyr. V, 5. 11.] a. 1. pass. ἐφοβήθην et fut. 1. pass. φοβηθήσομαι signif. med. [cf. sub διακονέω et προςκολλάω adnotata] 1) *metuo, timeo, ich fürchte, ich fürchte mich, ich erschrecke,* sive quod mala imminere puto, sive quod rerum insolitarum admiratione tangor, sive quod, quae laeta accidisse audio, an vera sint, dubitatio animum subit a) absolute i. e. sine casu Matth. X, 31. XIV, 27. 30. XVII, 7. XXV, 25. XXVIII, 5. 10. Marc. V, 15. 33. 36. VI, 50. X, 32. XVI, 8. Luc. I, 13. 30. II, 10. V, 10. VIII, 25. 35. 50. IX, 34. XII, 7. 32. Joh. VI, 19. 20. XII, 15. Act. XVI, 38. XVIII, 9. XXII, 29. XXVII, 24. Rom. XI, 20. Hebr. XIII, 6. 1 Joh. IV, 18. Apoc. I, 17. — LXX pro יָרֵא Gen. XV, 1. L, 19. (Herodian. I, 13. 8. Aelian. V. H. III, 43. Xen. Cyr. I, 4. 19. II, 1. 3.) — addito adv., ut σφόδρα Matth. XVII, 6. XXVII, 54. vel μᾶλλον Joh. XIX, 8. — addito nomine coniugato, cui si insuper adiungitur adiectivum, adverbiascit, ut φόβον μέγαν φοβεῖσθαι = *valde timere* Marc. IV, 41. Luc. II, 9. — μηδεμίαν πτόησιν φοβ. = *nihil prorsus mihi metuo* 1 Petr. III, 6. — referunt alii h. l. ad num. 1, b. bb. — Vide ad vocc. ἀγαπάω et μαρτυρέω p. 50 observata. — — b) sq. accus. aa) *person. metuo aliquem, metuo mihi ab aliquo* Matth. X, 26. 28. XIV, 5. XXI, 26. 46. Marc. XI, 18. 32. XII, 12. Luc. XII, 5 ter. XIX, 21. XX, 19. XXII, 2. Joh. IX, 22. Act. V, 26. IX, 26. Rom. XIII, 3. — subest τὴν ἐξουσίαν v. 4 coll. v. 3. — Gal. II, 12. (Plut. vit. Galb. c. 15. Xen. Hier. II, 18.) — bb) sq. accus. *rei* α) universe, ut τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως = *nihil mali sibi metuebat a regis mandato violato* Hebr. XI, 23. τὸν θυμόν τινος v. 27. — 1 Petr. III, 6? (Diod. Sic. XX, 10. Plut. vit. Galb. c. 22. Lucian. D. D. XIX, 3. Xen. H. G. IV, 4. 8.) — β) φόβον τινός, *metuo mihi ab aliquo* [propr. tangor metu, exeunte ab aliquo] 1 Petr. III, 14. — alii: *metuo minas alicuius.* — γ) φοβοῦμαι μηδέν = *nullo modo* [vid. μηδείς p. 100.] Apoc. II, 10. — (Xen. Cyr. II, 4. 22.) — c) sq. ἀπό τινος [= φοβεῖσθαι φόβον ἀπό τινος angor metu, exeunte ab aliquo vel quem affert aliquis, cuius ansam praebet aliquis vid. ἀπό p. 115. et *Frotscher* ind. ad Xen. Hier. sub ἀπό] *metuo aliquem, ich fürchte mich vor Jemandem* Matth. X, 28. Luc. XII, 4. — Ita LXX pro חָתַת sq. מִן Jer. X, 2. vel מִפְּנֵי Jer. I, 17. יָרֵא sq. מִן Levit. XXVI, 2. sq. מִפְּנֵי Jer. I, 8. — exempla graeca habes sub ἀπό p. 115.) — d) sq. μή Act. XXVII, 17. — (Herodian. I, 14. 27. Xen. Cyr. I, 6. 10. Thuc.

Anab. I, 3. 17 et Cyr. VIII, 7. 15.)
3) *vereor* i. e. *revereor*, *veneror* sq. accu
verse Marc. VI, 20. — ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα Ep
De h. l. ἵνα vid. sub ἵνα p. 751. med. adnotata. —
et hebr. יָרֵא Levit. XIX, 3. Jes. IV, 14. (Plutarch.
c. 3. Herodian. III, 13. 6) — b) τὸν θεόν, item τὸ
aa) universe Luc. I, 50. XVIII, 2. 4. Col. III, 22. 1 P
Apoc. XI, 18. XIV, 7. — XV, 4. τίς οὐ μὴ φοβηθ
de h. l. sub τίς p. 561. observata. — Apoc. XIX, 5
Lobeck ad Phryn. p. 722. 723. — Ita LXX et
Prov. III, 7. — bb) iunctum c. nominibus *pietatis*
includentibus α) universe Act. X, 2. 22. 35. — β)
de proselytis Act. XIII, 16. 26. — Saepius no
in N. T.
Φόβητρον, ου, τό, (a φοβέω) *terriculament*
mel in N. T. Luc. XXI, 11. — LXX pro חָגָּא Jes.
(Anthol. gr. T. III. p. 45. ed. *Jacobs.* Euripid. Phoe
Φόβος, ου, ὁ, 1) *metus*, *timor*, *terror* a)
aa) universe Matth. XIV, 26. XXVIII, 4. Marc. IV, 4
12. 65. II, 9. V, 26. VII, 16. VIII, 37. XXI, 26. Ac
V, 5. 11. XIX, 17. Rom. VIII, 15. 2 Cor. VII, 11. 1 Ti
1 Petr. III, 14. 1 Joh. IV, 18. Apoc. XI, 11. LXX p
Gen. IX, 2. פַּחַד Deut. XI, 25. אֵימָה Gen. XV, 12
Exod. XV, 16. חִתָּה Gen. XXXV, 5. (Herodian. I, 14.
798, 3. Xen. Anab. II, 2. 20 et 21.) — plur. φόβοι,
2 Cor. VII, 5. — Vide de hoc plur. sub θυμός p. 728 obs
bb) addito genit. obiecti, *Furcht vor Jemandem* Joh.
XIX, 38. XX, 19. Hebr. II, 15. Apoc. XVIII, 10. 15. –
timore iuncto cum laetitiae sensu, ita, ubi de rebu
quas accidisse cum gaudio quidem audimus, quas tan

hiloctet. 1244. *terror* Justin. III, 1. 1. nos: Tilly das chrecken Magdeburgs.) — 3) *reverentia*, ita a) ubi memoitur φόβος θεοῦ vel χριστοῦ vel κυρίου Act. IX, 31. Rom. I, 18. 2 Cor. V, 11. VII, 1. Eph. V, 21. 1 Petr. I, 17. III, 15.— est τοῦ θεοῦ v. 2. Ita LXX et hebr. פַּחַד Ps. XXXVI, 2.— ubi de magistratu, praeceptore, imo de superioribus altero itur: *reverentia, verecundia* Rom. XIII, 7. 1 Petr. II, 18. — τὰ φόβου καὶ τρόμου = *cum maxima reverentia* Eph. VI, 5.— epius non legitur in N. T.

Φοίβη, ης, ἡ, *Phoebe*, nom. propr. mulieris christianae m. XVI, 1.

Φοινίκη, ης, ἡ, *Phoenice*, terrae tractus adiacens mari diterraneo, situs inter Judaeam et Syriam, versus septenonem fluvium Eleutherum, versus meridiem Bellum flumen bens. Terra haec uti fertilitate excellebat et coelum habe- mite atque clemens, ita mercaturae et navigationi erat tissima. Urbes celeberrimae fuerunt *Acco, Berytus, Byblus, thosias, Sidon, Tyrus.* Act. XI, 19. XV, 3. XXI, 2. Cf. *iner* bibl. Realw. p. 537.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, *palma arbor, Dattelpalme*, tam freiens olim in Palaestina, ut, quae praecipue abundat illa, urbs richo עִיר הַתְּמָרִים Deut. XXXIV, 3. Judd. I, 16 coll. Jos. rch. XIII, 4. appellaretur, (Diod. Sic. II, 48. 53. XIX, 98.) no in nummis rom. et iudaicis Palaestinae esset emblema et signe. Fructibus eius uti vescebantur Palaestinenses, ita rais utebantur ad tabernacula σκηνοπηγίας festo exstruenda n solum, sed in honoribus etiam exhibendis alicui. Joh. I, 13. Apoc. VII, 9. LXX pro תָּמָר Judd. I, 16. תֹּמֶר Judd. 5. תִּמֹּרָה 1 Regg. VI, 29. (2 Macc. X, 7. Theophr. Caus. nt. III. c. 26. Artemid. V, 89. Xen. Cyr. V, 5. 3.)

Φοῖνιξ, ικος, ἡ, *Phoenix*, nom. urbis positae in insula ela cum portu Act. XXVII, 12.

Φονεύς, έως, ὁ, (a φονεύω) *homicida*. Septies in N. T. atth. XXII, 7. Act. III, 14. VII, 52. XXVIII, 4. 1 Petr. IV, 15. oc. XXI, 8. XXII, 15. (Sapient. XII, 5. Herodian. III, 12. 4. n. Cyr. IV, 6. 6.)

Φονεύω, f. εύσω, *occido, interficio*, a) propr. οὐ φοσεις Matth. V, 21. XIX, 18. Rom. XIII, 9. — De horum orum οὐ c. fut. vid. οὐ p. 203. — Matth. XXIII, 31. 35.— φονεύσῃς Marc. X, 19. Luc. XVIII, 20. Jac. II, 11. De prohibitivo vid. μή p. 96 sq. et de Jac. IV, 2. ad voc. λόω p. 686 observata. — LXX pro הָרַג Judd. XVI, 2. הִכָּה . X, 28. 30. רָצַח Num. XXXV, 6. (Diod. Sic. IV, 32. , 33. Herodian. VIII, 8. 15. Lucian. Dial. Deorr. XVI, 3. n. Mem. I, 2. 11.) — b) pro: *capitis damno* Jac. V, 6. — epius non reperitur in N. T.

Lobeck ad Phryn. p. 585.] ita in N. T. de iis, q
cum circumferimus, ut *τὰ μαλακά* sc. *ἱμάτια* M
στέφανον Joh. XIX, 5. — *μάχαιραν* Rom. XIII, 4. —
τοῦ χοϊκοῦ scil. *ἀδάμ* vel *σώματος* 1 Cor. XV,
ἐσθῆτα Jac. II, 3. (Siracid. XI, 3. XL, 4. Diod. S
Aelian. V. H. III, 19. Polyb. VI, 22. 1. VI, 23.
71, 8. Xen. Anab. I, 8. 29.) Saepius non reperit

Φόρον, ου, τό, forum, φόρον ἀππίου for
urbs Italiae, milliaria XLIII distans ab urbe Roma et
viam Appiam Act. XXVIII, 15.

Φόρος, ου, ὁ, tributum, (a *φέρω*, fero; affe
Quater in N. T. Luc. XX, 22. XXIII, 2. Rom. XIII,
pro מַס Judd. I, 28. מִנְדָּה Esr. IV, 20. (Diod. Sic. I
XXII, 7. 8. Aelian. V. H. II, 10. Herodian. VI, 2
156, 17. Xen. Symp. IV, 32.)

Φορτίζω, f. *ίσω*, (a *φόρτος* onus) ***onero***, *o*
dum impono [Anthol. gr. T. IV. p. 289. *Jacobs.*]
N. T. ad onus legum mosaicarum, quas auxerat ma
lesta praeceptorum copia doctorum iudaicorum super
duplici accus. [dici enim potest *φορτίζω φορτίον* on
et *φορτίζω τινά* onero aliquem cf. *Matthiae* §. 4
p. 772.] Luc. XI, 46. — b) *πεφορτισμένος*
oneratus Matth. XI, 28. Saepius non extat in N. T

Φορτίον, ου, τό, (demin. subst. *φόρτος*.
minutione huius voc. ad formam, non ad significati
tinente *Lobeck* ad Phryn. p. 211 sq. *Passow* II.
onus, Last, Ladung a) propr. et quidem de onere,
ratur navis Act. XXVII, 10. *μετὰ πολλῆς ζημίας οὐ*
φορτίου. (Siracid. XXI, 16. Aelian. V. H. IX, 14.
V, 35. Cebet. tab. c. 30. Artemid. I, 31. Dem. 156

Φραγέλλιον, ίου, τό, *flagellum*, vox originis latinae. Joh. II, 15.

Φραγελλόω, ῶ, f. ώσω, *flagello*, *flagris caedo*. Bis in N. T. sq. accus. Matth. XXVII, 26. Marc. XV, 15.

Φραγμός, οῦ, ὁ, (a φράσσω, sepio) 1) *sepes*, *sepimentum*, *Zaun* a) propr. Matth. XXI, 33. Marc. XII, 1. LXX pro גָּדֵר Num. XXII, 24. מְשׂוּכָה Jes. V, 5. (Artemid. II, 24. Xen. Venat. XI, 4.) — b) lex mosaica disiungens quippe Judaeos et gentiles comparatur φραγμῷ Eph. II, 14. — 2) *locus septus* = φράγμα Luc. XIV, 23.

III, 1. 3. V, 23. VI, 5. VII, 2. 3. 5. 32. VIII, 23. 25. IX, 27. 43 bis. X, 16. XIV, 46. XVI, 18. Luc. III, 17. IV, 11. 40. V, 13. VI, 6. 8-10. VIII, 54. IX, 62. XIII, 13. XV, 22. XX, 19. XXI, 12. XXII, 21. 53. XXIV, 39. 40. 50. Joh. VII, 30. 44. XI, 44. XIII, 9. XX, 20. 25. 27. XXI, 18. Act. III, 7. IV, 3. V, 18. VI, 6. VII, 41. VIII, 17—19. IX, 12. 17. 41. XII, 1. 7. 17. XIII, 3. 16. XVII, 25. XIX, 6. 26. 33. XX, 34. XXI, 7. 11. 27. 40. XXIII, 19. XXVI, 1. XXVIII, 3. 4. 8. Rom. X, 21. 1 Cor. IV, 12. XII, 15. 21. XVI, 21. Gal. VI, 11. Eph. IV, 28. Col. IV, 18. 1 Thess. IV, 11. 2 Thess. III, 17. 1 Tim. II, 8. IV, 14. V, 22. 2 Tim. I, 6. Philem. v. 19. Hebr. VI, 2. XII, 12. Jac. IV, 8. 1 Joh. I, 1. (Diod. Sic. III, 17. Artemid. I, 13. Xen. Mem. II, 3. 18.) — bb) ubi agitur de naturis, quae, licet homine superiores, forma humana induti sistuntur Apoc. I, 16. [17.] VI, 5. VII, 9. VIII, 4. IX, 20. X, 2. 5. 8. 10. XIII, 16. XIV, 9. 14. XVII, 4. XIX, 2. XX, 1. 4. — cc) ubi, quae manuum ope efficit homo, per imaginem et ex simplicitate antiquitatis [cf. *de Wette* bibl. Dogmat. §. 100. p. 75. *Hase* Gnosis Vol. II. p. 141.] transferuntur ad Deum α) *omnium rerum auctorem* vel *peragentem aliquid* Act. VII, 50. Hebr. I, 10. [II, 7.] cf. Ps. VIII, 6. CII, 28. — β) *tuentem aliquem: ἡ χεὶρ τοῦ κυρίου ἐστὶ μετά τινος* Luc. I, 66. Act. XI, 21. cf. 1 Sam. XXII, 17. Vide *μετά* p. 76. — γ) *poenas infligentem* alicui, *ἡ χεὶρ τοῦ κυρίου ἐστὶν* [= liegt schwer auf] *ἐπί τινα* Act. XIII, 11. coll. Deut. II, 15. Judd. II, 15. Vide *ἐπί* p. 588. — δ) *paratum ad auxilium praestandum* Act. IV, 30. — ε) *omnipotentem* vel *summa vi insignem* 1 Petr. V, 6.

b) quae sunt hominis ipsius, ad manus eius referuntur, quoniam manuum vel praecipua vel aliqua certe pars est actrix esse cogitatur, in re praesente, ita aa) in verbis *διὰ τῶν χειρῶν τινος* vel *διὰ τῆς χειρός τινος* α) ubi agitur de miraculis patratis manuum impositione Marc. VI, 2. Act. V, 12. XIV, 3. XIX, 11. — β) universe Act. II, 23. VII, 25. XI, 30. XV, 23. — Ita LXX et בְּיַד 2 Chron. XXXIV, 14. — bb) in verbis *ἐν χειρί τινος* Gal. III, 19. cf. LXX Exod. XXXII, 15. *καὶ αἱ δύο πλάκες τοῦ μαρτυρίου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ.* — pro: *per aliquem* Act. VII, 35. — Ita LXX pro בְּיַד Num. XV, 23. 2 Chron. XXIX, 25. (Sirac. XLVIII, 20. XLIX, 6.) —

c) formulae explicandae e ratione, quae est rem aut personam inter et me, in manibus meis illas habentem aa) *διδόναι* vel *παραδιδόναι* vel *παρατίθεσθαί τι* aut *τινα εἰς χεῖράς τινος*, et per attract. *ἐν τῇ χειρί τινος* i. e. α) *tradere aliquem vel aliquid in potestatem alicuius* = αα) *committere aliquid* vel *aliquem potestati* aut *arbitrio alicuius* Matth. XVII, 22. XXVI, 45. Marc. IX, 31. XIV, 41. Luc. IX, 44. XXIV, 7. Act. XXI, 11.

XXVIII, 17. — (LXX Job. XVI, 11.) — ββ) *curae alicuius aliquid committo* Luc. XXIII, 46. Joh. III, 35. XIII, 3. (LXX Gen. XLII, 37. Judd. II, 14.) — bb) ἐμπίπτω εἰς χεῖράς τινος = *trador in potestatem alicuius, committor arbitrio alicuius* Hebr. X, 32. (ἐλθεῖν εἰς χεῖράς τινος Xen. Cyr. II, 4. 15.) — cc) ἐκ τῶν χειρῶν τινος, ἐκ χειρός τινος *e manibus = e potestate alicuius*, ita post ἀπάγειν Act. XXIV, 7. ἁρπάζειν Joh. X, 27. 28. ἐξελέσθαι Act. XII, 11. ἐξέρχεσθαι Joh. X, 39. ῥυσθῆναι Luc. I, 74. σωτηρία v. 71.— adde ἐκφεύγειν τὰς χεῖράς τινος 2 Cor. XI, 33. — Ita LXX et מִיַּד Gen. XXXII, 11. Exod. XVIII, 8. 9. (Xen. Anab. VI, 3. 4.) cf. *Passow* II. p. 1063. —

2) *potentia* Act. IV, 28. ὅσα — γενέσθαι i. e. *quae potentia tua, dico autem* [καί] *voluntas tua = quae voluntas tua potentissima fieri decrevit.* Cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 855. — Ita LXX et יָד Ps. LXXVIII, 42. — Saepius non extat in N. T.

Χειραγωγέω, ῶ, f. ήσω, (a χείρ et ἄγω) *manu duco.* Bis in N. T., sq. accus. Act. IX, 8. XXII, 11. (Artemid. I, 26. V, 20. Diod. Sic. XIII, 20.)

Χειραγωγός, οῦ, ὁ, ἡ,— ον, τό, (a χείρ et ἄγω) *qui manu ducit aliquem.* Extat tantum Act. XIII, 11. — (Artemid. I, 48.)

Χειρόγραφον, ου, τό, (a χείρ et γράφω) *id, quod manu scriptum est, chirographum*; semel in N. T. de lege scripta Judaeorum Col. II, 24. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν pro: χειρόγραφον, ὃ ἦν ἐν τοῖς δόγμασι (cf. de h. l. *Winer* II. p. 69. (de eo, quod dicimus: Handschrift Polyb. XXX, 8. 4. de syngrapha, Schuldbrief Tob. V, 3. IX, 5. Artemid. III, 40.)

Χειροποίητος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a χείρ et ποιέω) *manu factus*, sexies in N. T. Marc. XIV, 58. Act. VII, 48. XVII, 24. Gal. II, 11. Hebr. IX, 11. 24. (Judith. VIII, 18. Diod. Sic. XIII, 82. Herodian. V, 3. 10. Xen. Anab. IV, 3. 5. Thuc. II, 77.)

Χειροτονέω, ῶ, f. ήσω, (manum extendendo suffragia do Polyb. IX, 30. 5. a χείρ et τείνω) *suffragio eligo* vel *constituo, eligo.* Bis in N. T., sq. accus. Act. XIV, 23. 2 Cor. VIII, 19. [2 Tim. IV, 23. Tit. III, 16.] (Jos. Arch. XIII, 2. 2. Herodian. VII, 10. 3. Plutarch. Vit. Timoleon. c. 7. Philostr. Vit. Sophist. I, 21. 8. Dem. 309, 27. Xen. H. G. VII, 10. 3.)

Χείρων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, *peior, deterior* a) *conditione* Matth. IX, 16. Marc. II, 21. Matth. XII, 45 et Marc. XI, 26. item 2 Petr. II, 20. — Matth. XXVII, 64. Marc. V, 26. Joh. V, 14. Hebr. X, 29. (Diod. Sic. XX, 57. Plut. apophth.

Antig. Mor. II. p. 28. ed. *Tauchn.* Herodian. III, 13. 14. Xen. Anab. VII, 6. 39.) — b) indole, mente 1 Tim. V, 8. *ἀπίστου χείρων.* 2 Tim. III, 13. (Aeschin. 60, 15. Xen. Mem. I, 2. 32.) Saepius non reperitur in N. T.

Χερούβ, pl. *χερουβεὶμ* vel *χερουβὶμ*, ***Cherubim***, hebr. כְּרוּבִים, figurae vel imagines referentes animantia quadruplici facie, hominis puta, aquilae, leonis, tauri instructa, pedes habentia taurinos et corpus totum oculis obsitum. Quemadmodum Cherubim Gen. III, 24. Paradisum dicuntur custodire, ita solium Jovae currui impositum gestare dicuntur Ps. XVIII, 11. LXXX, 2. CIV, 3. 1 Sam. IV, 4. 2 Sam. VI, 2. XXII, 11. In templo hierosolymitano impositae erant hae imagines operculo arcae foederis atque iisdem tum parietes templi tum stragulae ornatae erant cf. ***Winer*** bibl. Realw. p. 140. — Hebr. IX, 5.

Χήρα, ας, ἡ, ***vidua, marito orbata*** (a *χῆρος* orbus). Legitur in N. T. a) absolute Matth. XXIII, 13. Marc. XII, 40. 42. 43. Luc. II, 37. IV, 25. VII, 12. XVIII, 3. 5. XX, 47. XXI, 2. 3. Act. VI, 1. IX, 39. 41. 1 Cor. VII, 8. 1 Tim. V, 3—5. 9. 11. 16. Jac. I, 27. Apoc. XVIII, 7. LXX pro אַלְמָנָה Gen. XXXVIII, 11. (Sirac. XXXII vel XXXV, 14. 15.) — b) plene i. e. addito *γυνή* Luc. IV, 26. (Aesop. fab. 24. Plut. apophth. Antig. Mor. II. p. 28. ed. *Tauchn.* Dio Cass. XLI, 175.) Cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 93. ed. ***Schäfer.*** Saepius non legitur in N. T.

Χθές, adv. ***heri*** Joh. IV, 52. Act. VII, 28. — Hebr. XIII, 8. *χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτός* i. e. ***semper idem.*** LXX pro אֶמֶשׁ hesterna nocte Gen. XIX, 34. (Diod. Sic. II, 5. Lucian. Dial. Deorr. VII, 3. Herodian. VIII, 6. 3. Dem. 270, 21. Xen. Cyr. VI, 3. 11.) Apud Atticos legi nunc *χθές* nunc *ἐχθές* observavit ***Lobeck*** ad Phryn. p. 323.

Χιλίαρχος, ου, ὁ, (a *χίλιοι* et *ἄρχω*, chiliarchus, dux mille militum Xen. Cyr. II, 1. 23. LXX pro רָאשׁ אֲלָפִים Num. I, 16.) ***dux militum*** a) universe Marc. VI, 21. Apoc. VI, 15. XIX, 18. — b) de tribunis militum, ***praefectus cohortis romanae*** Joh. XVIII, 12. Act. XXI, 31—33. 37. XXII, 24. 26—29. XXIII, 10. 15. 17—19. 22. XXIV, 7. 22. XXV, 23. (Herodian. III, 12. 18.)

Χιλιάς, άδος, ἡ, ***chilias, numerus millenarius*** Luc. XIV, 31. Act. IV, 4. 1 Cor. X, 8. Apoc. V, 11. VII, 4—8. XI, 13. XIV, 1—3. LXX pro אֶלֶף Gen. XXIV, 60. Exod. XII, 37.

Χίλιοι, αι, α, ***mille, millia*** 2 Petr. III, 8. Apoc. XI, 3. XII, 6. XIV, 20. XX, 2—7. LXX pro אֶלֶף Gen. XX, 16. (Herodian. I, 15. 19. Aelian. V. H. III, 18. Xen. Cyr. I, 5. 15.)

Χίος, ου, ἡ, Chius, hodie *Scio*, nom. insulae, sitae in Archipelago inter Samum et Lesbum. Nobilitata est vini, quod habet, praestantia. Semel in N. T. Act. XX, 15. (Pausan. VII, 4. Diod. Sic. V, 81.)

Χιτών, ῶνος, ὁ, tunica, vestis interior, das Unterkleid, das auf den blossen Leib gezogen ward, eng an dem Körper anlag, Ermel hatte, und gewöhnlich bis an die Knöchel reichte, hebr. כְּתֹנֶת. Cf. *Winer* bibl. Realw. p. 382. et *Gesen.* hebr. deutsch. Wörterb. sub כְּתֹנֶת. Matth. V, 40. X, 10. Marc. VI, 9. Luc. III, 11. VI, 29. IX, 3. Joh. XIX, 23. Act. IX, 39. Jud. v. 23. — incluso pallio plural. *οἱ χιτῶνες* Marc. XIV, 63. LXX pro כְּתֹנֶת Gen. XXXVII, 3. (Diod. Sic. IV, 38. Artemid. V, 64. Lucian. Dial. Deorr. XIII, 3. Xen. Cyr. I, 3. 2.) — Saepius non legitur in N. T.

Χιών, όνος, ἡ, nix, (ductum, ut videtur, a *χέω*). Ter in N. T. Matth. XXVIII, 3. λευκὸν ὡς χιών Marc. IX, 3. λευκὰ λίαν ὡς χιών. Apoc. I, 14. LXX pro שֶׁלֶג Exod. IV, 6. (Diod. Sic. I, 38. Herodian. III, 3. 9. Aelian. V. H. VII, 6. Xen. Mem. II, 1. 30.)

Χλαμύς, ύδος, ἡ, chlamys, genus quoddam pallii rotundi, gestari soliti ab imperatoribus [Herodian. VII, 5. 7.] ducibus [2 Macc. XII, 35.], militibus [Plaut. Rud. II, 2. 9.], venatoribus [Lucian. Dial. Deorr. XI, 3.] Romanorum paludamentum, sagum. — De chlamyde militari legitur semel in N. T. Matth. XXVII, 28.

Χλευάζω, f. άσω, subsanno, derideo. Extat tantum Act. [II, 13.] XVII, 32. — (2 Macc. VII, 27. Diod. Sic. I, 93. Dionys. Hal. Ant. XI, 19. Polyb. IV, 3. 13. Plut. vit. Timoleon. c. 15. Dem. 78, 12. Aeschin. Dial. Soc. II, 16.)

Χλιαρός, ά, όν, (a *χλίω*, calefacio) *tepidus.* Semel in N. T. Apoc. III, 16. (Athen. III. p. 123. E.)

Χλόη, ης, ἡ, Chloë, nom. propr. mulieris christianae Corinthiacae 1 Cor. I, 11.

Χλωρός, ά, όν, 1) *viridis, virens* Marc. VI, 39. ἐπὶ τῷ χλορῷ χόρτῳ. — πᾶν χλωρόν, ut et nos: *Alles Grüne* Apoc. VIII, 7. IX, 4. LXX pro יֶרֶק Gen. I, 30. יָרָק 2 Regg. XXIX, 26. לַח Gen. XXX, 37. חָצִיר Prov. XXVII, 25. (Aelian. V. H. XIII, 16.) — 2) cum herbae propullulantes sint pallidae, ex adiunct. *pallidus* Apoc. VI, 8. ἵππος χλωρός. (Artemid. I, 77. Anth. gr. T. I. p. 234. III. p. 52. ed. *Jacobs.*)

Χξς', sexcenti sexaginta sex, numerus compositus e litteris graecis Χ' = DC. ξ = LX et ς' = VI. cf. *Matthiae* p. 10. 11. — Apoc. XIII, 18.

Χοϊκός, ή, όν, (a *χοῦς* quod v.) *pulvereus, terrenus.* Ter in N. T. 1 Cor. XV, 47. 48. 49.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, *choenix*, mensura aridorum aequans partem octavam modii romani, excipiens duos sextarios vel sextarium unum et dimidium. Bis in N. T. Apoc. VI, 6. (Choenix frumenti cum sat esse existimaretur diurno victui unius hominis, χοῖνιξ saepe vocatur ἡμερήσιος τροφή Diod. Sic. XIX, 49. Aelian. V. H. I, 26. Artemid. V, 24. Xen. Anab. I, 5. 6.)

Χοῖρος, ου, ὁ, ἡ, *porcus, porca* Matth. VII, 6. VIII, 30—32. Marc. V, 11. 12. 13. [14.] 16. Luc. VIII, 32. 33. XV, 15. 16. — (Artemid. I, 70. Aelian. V. H. II, 11. Herodian. V, 6. 21. Dem. 269, 10. Xen. Anab. VII, 8. 5.) Saepius non legitur in N. T.

Χολάω, ῶ, f. άσω, (a χολή, bilis; atra sum bili; i. q. μαίνομαι Aristoph. Nubb. 833.) *irascor, succenseo*, sq. dat. [cf. *Matthiae* §. 399. p. 729.] ita semel in N. T. Joh. VII, 23.— (3 Macc. III, 1. Artemid. I, 4. Mosch. I, 10.) Esse hunc huius v. usum serioris aetatis, cum antiquior graecitas habeat χολοῦσθαι, docet *Passow* II. p. 1079.

Χολή, ῆς, ἡ, 1) *bilis flava* [Theophr. Char. XI, vel XX, 2.] trop. Act. VIII, 23. de quo loco vid. sub εἰς p. 419 observata. — 2) *absynthium, Wermuth* Matth. XXVII, 34. Marc. XV, 23. — LXX pro לַעֲנָה Prov. V, 4. —

Χόος, v. Χοῦς.

Χοραζίν, ἡ, etiam Χωραζίν, *Chorazin*, nom. urbis Galilaeae. Bis in N. T. Matth. XI, 21. Luc. X, 13.

Χορηγέω, ῶ, f. ήσω, (a χορηγός chori dux; dux chori sum Plato Theaet. 27. Athen. XIV, c. 8. e tribu mea editus sumtum praebeo choris instruendis et adornandis aptosque homines deligo in scenam producendos Xen. Mem. III, 4. 3) *suppedito*, seq. accus. rei, ita bis in N. T. 2 Cor. IX, 10. quo loco quatenus praeferendum futur. χορηγήσει vel optat. χορηγήσαι, vid. apud *Griesb.* et *Vater.* — 1 Petr. IV, 11. ἐξ ἰσχύος, ἧς [attract. pro: ἣν] χορηγεῖ ὁ θεός. (seq. dat. person. et accus. rei Sirac. I, 10. 25. XVIII, 31. 1 Macc. XIV, 10. 2 Macc. IV, 49. Diod. Sic. II, 35. Polyb. XXII, 26. 2. Herodian. I, 6. 9. Artemid. I, 78. Aelian. V. H. IV, 19. sq. accus. person. et dat. rei Polyb. III, 68. 8.) —

Χόρος, οῦ, ὁ, (saltatio cum cantu, Reigen) *chorus saltantium et canentium.* Extat tantum Luc. XV, 25. — LXX pro מְחוֹלָה Exod. XV, 20. (Lucian. Dial. Deorr. XXII, 4. Herodian. IV, 2. 9. Xen. Cyr. I, 6. 18.)

Χορτάζω, f. άσω, (a χόρτος quod v. herba vel gramine pasco, *füttern*, de animalibus Hesiod. ἔργ. v. 450. 752. Plato de rep. libr. II. T. II. p. 372. D. lib. IX. p. 586. A) *saturo, satio, sättigen*, medium: *me satio* A) de animalibus, sq. accus. et ἐκ c. genit. adminiculi [vid. ἐκ p. 461 sq.] Apoc. XIX, 21. — B) de hominibus a) proprie aa) sq. accus.

Matth. XIV, 20. XV, 33. 37. Marc. VI, 42. VII, 27. VIII, 8. Luc. IX, 17. Joh. VI, 26. Jac. II, 16. Ita LXX et שָׂבַע Ps. XVII, 15. — *οἶδα — καὶ πεινᾶν*, in circumscriptione hominis, qui quavis sorte contentus est vel ferre scit sortem quamvis Phil. IV, 12. — bb) *τινά τινος* [vid. ad *πίμπλημι* observata.] Marc. VIII, 4. Ita LXX *χορτάζεσθαι* pro שָׂבַע sq. בְּ Thren. III, 15 et pro שָׂבַע sq. accus. Ps. CIV, 16. CXXXII, 15. (Epigr. Lucian. in Anthol. gr. T. III. p. 22. ed. *Jacobs* et ad h. l. idem *Jacobs*. IX. p. 415.) — cc) *τινὰ ἀπό τινος* [cf. *Matthiae* §. 396, not. 2. p. 726 et 1130. et supra *ἀπό* p. 117.] Luc. XVI, 21. Ita LXX pro שָׂבַע sq. מִן Ps. CIV, 13. coll. Prov. XIV, 14. XVIII, 20. — b) metaph. pro: *desideria alicuius expleo*, *μακάριοι οἱ πεινῶντες — τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται* Matth. V, 6. — Luc. VI, 21. (Arrian. diss. epict. I, 9. III, 22. Athen. III. p. 99. F. et p. 100. A.) Uti a Graecis serioris tantum aevi *χορτάζειν* referri ad homines docuit ***Sturzius***, ita eodem verbo Grammaticos veteres uti in interpretandis verbis, quae ad saturandos homines spectant, idem auctor est in libro de dial. maced. et alexandr. p. 200—202.

Χόρτασμα, *τος, τό*, (a *χορτάζω* quod vid.; pabulum Diod. Sic. XX, 76. Sirac. XXXVIII, 6. LXX Gen. XXIV, 25.) ***cibus***, ***victus***, de cibis hominum semel in N. T. Act. VII, 11. *οὐχ εὑρίσκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν.* (ita *χόρτος* in epigr. Cratetis Thebani in Anthol. gr. T. I. p. 119. ed. *Jacobs* ad quem locus *Jacobs*. T. VI. p. 382. observat *χόρτος* de animalium pastu ad humanum victum, viliorem tamen plerumque, transferri. Adde ***Sturz*** de dialect. maced. et alex. p. 201.

Χόρτος, *ου, ὁ*, (der eingeschlossene Platz oder Raum, Hof, Gehäge Hom. Iliad. XI, 774. — pabulum iumentorum, foenum maxime Diod. Sic. II, 16. Palaeph. fab. 4. Plutarch. apophth. Phil. Mor. II. p. 17. ed. *Tauchn.* Xen. Anab. I, 5. 5 et 10.) ***gramen***, ***herba***, ***das Gras*** Matth. VI, 30. XIV, 19. Marc. VI, 39. Luc. XII, 28. Joh. VI, 10. 1 Cor. III, 12. Jac. I, 10. 11. 1 Petr. I, 24. Apoc. VIII, 7. IX, 4. — LXX pro דֶּשֶׁא Jes. XV, 6. חָצִיר Ps. XXXVII, 2. CIII, 15. עָמִיר Jer. IX, 22.— de segetibus Matth. XIII, 26. Marc. IV, 28. —

Χουζᾶς, *ᾶ, ὁ*, ***Chusa***, nom. propr. viri, qui fuit procurator Herodis Luc. VIII, 3.

Χοῦς, genit. *χοός*, accus. *χοῦν*, *ὁ*, (a *χέω* fundo; terra egesta Polyb. IV, 40. 7.) ***pulvis***, ***Schutt***, ***Staub***. Bis in N. T. Marc. VI, 11. Apoc. XVIII, 19. Fieri hoc solitum esse quod legitur h. l., in summo luctu, docet ***Winer*** bibl. Realw. p. 714. LXX pro עָפָר Jos. VII, 6. Jes. LII, 2. (Herodian. VIII, 4. 11.)—

Χράομαι, *ῶμαι*, f. *ήσομαι* ***utor*** i. e. a) ***ich bediene mich einer Sache***, ***ich mache Gebrauch von einer Sache***, seq.

dativo [cf. *Matthiae* §. 396, 1. p. 724. *Buttm.* §. 120, 3. 1.] aa) universe, ut βοηθείαις Act. XXVII, 17. ἐλευθερίᾳ 1 Cor. VII, 21. 31. IX, 12. 15. 1 Tim. I, 8. οἴνῳ V, 23. (Aelian. V. H. XII, 1. Artemid. II, 3. Herodian. II, 13. 21. Xen. Mem. IV, 6. 11. et Cyr. I, 2. 13.) — bb) de vitiis et virtutibus, quibus in agendo utitur aliquis 2 Cor. I, 17. III, 12. (Aelian. V. H. II, 15. Herodian. II, 13. 21. Xen. Cyr. I, 4. 4.) — — b) *ich gehe mit Jemandem um*, *utor aliquo*, i. e. *tracto aliquem*, sq. dat. pers. φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος Act. XXVII, 3. ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι sc. ὑμῖν 2 Cor. XIII, 10. (Plut. apophth. Mor. II. p. 17. 27. ed. *Tauchn.* Aelian. V. H. II, 20. Herodian. III, 13. 8. Xen. Mem. IV, 6. 5 et Anab. II, 6. 25.) — Saepius non extat in N. T.

Χράω, ῶ, vel potius κίχρημι [cf. *Buttm.* §. 101. gram. max. Vol. II. §. 114. p. 257. *Matthiae* §. 240. p. 469.] f. ήσω, *mutuum do*, *commodo*, *leihen*, *borgen*. Semel in N. T. Luc. XI, 5. χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους. (Artemid. V, 53. Aelian. V. H. XIV, 10. Xen. Mem. III, 11. 18.)

Χρεία, ας, ἡ, (usus i. e. Nutzung, das Gebrauchen; consuetudo; in N. T.) 1) *negotium*, quod tracto. Act. VI, 3. (2 Macc. VIII, 9. Polyb. III, 45. 2. IV, 87. 9. VIII, 18. 11.) — 2) *necessitas*, *Bedürfniss* i. e. a) *Nothwendigkeit*, *das Nöthigseyn* aa) universe Eph. IV, 29. πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, quo loco genit. τῆς χρείας = adiectivo *necessarius*. Vide ad voc. φῶς ab initio observata. — bb) χρεία ἐστι, *opus est*, sq. inf. Hebr. VII, 11. — sq. genit. rei Luc. X, 42. — b) *necessitas*, *Bedürfniss* i. e. *id*, *quo indiget aliquis*, *res*, *qua opus est*, de vitae necessitatibus aa) universe Act. XX, 34. Rom. XII, 13. Phil. II, 25. — εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε i. e. *munera* vel *dona misistis ad sublevandas necessitates* Phil. IV, 16. — v. 19. — εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας i. e. *ad sublevandas necessitates* Tit. III, 14. — bb) formulae notandae α) τὰ πρὸς τὴν χρείαν Act. XXVIII, 10. (Plutarch. Vit. Pericl. c. 8. ῥῆμα — πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοστον. Diod. Sic. II, 29. et Artemid. I, 31. χρεῖαι βιωτικαί. Diod. Sic. XVIII, 70. πολεμικαὶ χρεῖαι. — universe Dionys. Hal. Ant. IV, 14. Xen. Cyr. I, 6. 10.) — β) χρείαν ἔχω, *opus est mihi*, *opus habeo*, *indigeo*, *ich bedarf*, sq. genit. rei vel personae, qua indiget aliquis Matth. VI, 8. IX, 12. XXI, 3. XXVI, 65. Marc. II, 17. XI, 13. XIV, 63. Luc. V, 31. IX, 11. XV, 7. XIX, 31. 34. XXII, 71. Joh. XIII, 29. 1 Cor. XII, 21. 24. 1 Thess. IV, 12. Hebr. V, 12. X, 36. Apoc. III, 17. XXI, 23. XXII, 5. (Sirac. XIII, 6. Diod. Sic. XVIII, 42. Xen. Mem. III, 3. 2.) — abest genit., ut τινός Act. II, 45. IV, 35. (Diod. Sic. I, 19.) — vel e contextu facile cognoscendus, ut τῆς τροφῆς, τοῦ βίου, τοῦ ἄρτου Marc. II, 25. Eph. IV, 28. 1 Joh. III, 17.—

sq. infinit. activi Matth. III, 14. XIV, 16. Joh. XIII, 10. 1 Thess. I, 8. IV, 9. vel passivi V, 1. — Habere etiam Graecos in talibus infinitivum nunc activi, nunc passivi, docent *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 54. *Elmsley* ad Eur. Heraclid. p. 151. ed. Lips. *Matthiae* §. 535, not. p. 1050. *Buttm.* §. 127, not. 3. *Winer* p. 137, not. 1. II. p. 115. — sq. ἵνα Joh. II, 25. XVI, 30. 1 Joh. II, 27. Cf. de his l. l. ἵνα p. 750. — Saepius non extat in N. T.

Χρεωφειλέτης, ου, ὁ, (a χρέος, attic. χρέως necessitas, debitum, et ὀφειλέτης debitor) *debitor, aere alieno obrutus.* Bis in N. T. Luc. VII, 41. XVI, 5. (Plutarch. vit. Galb. c. 8. Aesop. fab. 289. Dio Cass. 58, 8.) — De scriptura χρεοφειλέτης et χρεωφειλέτης vid. *Lobeck* ad Phryn. p. 691.

Χρή, verb. impers. (oportet Thuc. VIII, 78. Xen. Symp. IV, 47.) *decet, oportet,* sq. infinit. Semel in N. T. Jac. III, 10. — (Lucian. Dial. Deorr. VI, 1. Xen. Cyr. I, 4. 24.) —

Χρήζω, f. ήσω, (a χράομαι, χρή) *opus habeo, indigeo* sq. genit. cf. *Matthiae* §. 352. p. 669. Quinquies in N. T. Matth. VI, 32. Luc. XI, 8. XII, 30. Rom. XVI, 2. 2 Cor. III, 1. (Herodian. I, 6. 18. IV, 11. 10.) — De iota subscripto, ubi est i. q. δέομαι vid. Etymol. Magn. — de genit. *Matthiae* §. 330. p. 452.

Χρῆμα, τος, τό, (a χράομαι, quod v.; quidquid usui est Xen. Oecon. I, 7 sqq.) *opes, pecuniae* a) plurali numero: οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες i. e. *divites* Marc. X, 23 et Luc. XVIII, 24. — Marc. X, 24. Act. VIII, 18. 20. XXIV, 26. LXX pro כֶּסֶף Job. XXVII, 17. נְכָסִים Jos. XXII, 8. 2 Chron. I, 11. 12. — (Diod Sic. V, 77. Plut. vit. Fab. c. 7. Philostrat. Vit. Sophist. I, 21. 4. Palaeph. fab. 1. Aelian. V. H. XI, 9. Herodian. I, 6. 19. Dem. 446, 6. Xen. Mem. II, 9. 6.) — b) singulari numero: ἤνεγκε τὸ χρῆμα Act. IV, 37. (Diod. Sic. XIII, 106. „Sequor Venetum [solum quippe exhibentem τῶν χρημάτων] ab auctoris assuetudine non recedentem, nec damno tamen districte vulgatum [τοῦ χρήματος]. Nam et Athenaeus Gelippum describit νοσφισάμενον ἐκ τοῦ λυσανδρίου χρήματος, ubi Casaubonus usum hunc insolentiorem vocis χρήματος miratur quidem, nec mutat, quod in eo tuendo constantissime scripti omnes consentirent. — Hi sc. Jones χρῆμα pro divitiis et pecunia non adspernabantur, uti Pollux Lib. IX, 87. atque ad eum Jungermannus docuerunt.“ Ita *Wesseling*, ad Diod. Sic. T. V. p. 436. ed. *Bipont.*)

Χρηματίζω, f. ίσω, (a χρῆμα, quod v.; negotia tracto, negotia publica tracto Diod. Sic. I, 70. Polyb. IV, 27. 9. Aelian. V. H. II, 15. Dem. 250, 10. responsum do Polyb. V, 81. 7.) 1) *divinitus admoneo, divinitus edoceo de re agenda,* activum legitur Hebr. XII, 25. — (Jos. Ant. V, 1. 14. X, 1. 3. XI, 8. 4. Diod. Sic. III, 6.) — passivum χρηματίζομαι, *divi-*

nitus admoneor Hebr. V, 5. κατ' ὄναρ Matth. II, 12. 22. — περί τινος Hebr. XI, 7. (Jos. Ant. III, 8. 8.) — ὑπό τινος Luc. II, 26. Act. X, 22. — 2) *appellor, nuncupor*, cum nominat. nominis Act. XI, 26. Rom. VII, 3. (Jos. Arch. VIII, 6. 2. Plut. vit. Anton. c. 54 fin. Diod. Sic. I, 44. XX, 53. et de eo, qui nomen sumit Polyb. V, 57. 2 et 5. XXX, 2. 4.)

Χρηματισμός, οῦ, ὁ, *responsum*, de oraculo divino semel in N. T. Rom. XI, 4. τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; (2 Macc. II, 4. responsum de somnii significatione Artemid. I. 2. responsum legatis datum Aelian. V. H. IX, 13. Polyb. XXVIII, 14. 10.)

Χρήσιμος, η, ον, *utilis*. Extat tantum 2 Tim. II, 14. εἰς οὐδὲν χρήσιμον. Vide εἰς p. 435. — LXX pro בָּצַע Gen. XXXVII, 26. צָלַח Ezech. XV, 4. (Sapient. VIII, 7. Diod. Sic. IV, 6. VI, 2. Dem. 779, 15. Xen. Mem. III, 8. 8.)

Χρῆσις, εως, ἡ, (a χράομαι) *usus, der Gebrauch, den man von einer Sache macht.* Bis in N. T. et quidem de usu corporis et sexus venereo Rom. I, 26. 27. (universe Thuc. VII, 5. Dem. 154, 18. Artemid. I, 5. Herodian. III, 14. 13. — πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων Ocell. Lucan. c. 4.)

Χρηστεύομαι, f. εύσομαι, (a χρηστός) *sum* **χρηστός** vel *benignus sum.* Legitur tantum 1 Cor. XIII, 4.

Χρηστολογία, ας, ἡ, (a χρηστός quod v. et λόγος) *sermo blandus.* Semel in N. T. Rom. XVI, 18. διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. (Eustath. in Iliad. Ψ. p. 1437, 53. Jul. Capitolin. in Vit. Pertinac. c. 13. „Omnes, qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur, *Chrestologum* eum appellantes, qui bene loqueretur, et male faceret." Pallad. Alexandr. epigr. CI² μισῶ τὸν ἄνδρα διπλοῦν πεφυκότα, χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. Anthol. gr. T. III. p. 135. ed. *Jacobs.*)

Χρηστός, ή, όν, (utilis Xen. de rep. Athen. I, 5. Artemid. III, 66.) *bonus* i. e. a) *suavis, iucundus*, ita de vino, ὁ παλαιὸς χρηστότερος. Luc. V, 39. (Theophr. Char. II, 4. Athen. XIII. p. 585.) — de doctrina Jesu benefica 1 Petr. II, 3. ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. — *apti, commodi* sens. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός Matth. XI, 30. — b) *benignus*, sq. ἐπί τινα Luc. VI, 35. — sq. εἴς τινα Eph. IV, 32. — τὸ **χρηστόν** i. q. ἡ χρηστότης, [vid. *Winer* p. 91. *Matthiae* §. 207. p. 558.] τοῦ θεοῦ Rom. II, 4. — Ita LXX et hebr. טוֹב Ps. XXXIV, 9. (Herodian. VIII, 3. 10. Dem. 1345, 10.) — c) de moribus et indole: *bonus, probus*, φθείρουσιν ἤθη χρηστὸς ὁμιλίαι [v. *Winer* p. 305.] κακαί 1 Cor. XV, 33. (Plut. apophth. Antiochi Mor. II. p. 34. ed. *Tauchn.* Lucian. Dial. Deorr. VI, 1. Antiphon. 769, penult. Xen. Mem. I, 2. 10.) Saepius non legitur in N. T.

Χρηστότης, τητος, ἡ, (a χρηστός, quod v.; bonitas, i. e. utilitas) 1) *bonitas* i. e. *benignitas* a) propr. ἡ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ — καταφρονεῖς; Rom. II, 4.— XI, 22. 2 Cor. VI, 6. Gal. V, 22. Col. III, 12. Tit. III, 4. LXX et hebr. טוּב Ps. XXV, 7. (Diod. Sic. I, 65. Aelian. V. H. I, 30. Herodian. I, 4. 11.)— b) metonym. pro: *beneficium*, τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς *favoris conspicui in beneficiis collatis in nos* Eph. II, 7. — 2) *bonitas* i. e. *probitas*, ποιεῖν χρηστότητα i. e. *facere, quod probum et rectum est* Rom. III, 12. Ita LXX et טוֹב Ps. XIV, 2. 4. (Herodian. II, 10. 7.) — Saepius non legitur in N. T.

Χρίσμα, τος, τό, (a χρίω, tingo, illino, ungo; propr. unguentum inductum, die eingeriebene Salbe; unguentum Aesop. fab. 21. Aelian. V. H. III, 13. Xen. Anab. IV, 4. 13. unctio LXX Exod. XXIX, 7. XXX, 25. ubi hebr. מִשְׁחָה et cum reges Orientis unctione inaugurarentur muneri suo Ps. XLV, 7. Jes. LXI, 1. et ab eo inde tempore donati crederentur viribus divinis cf. Jos. Ant. VI, 8. 2. πρὸς δὲ τὸν δαυΐδην, unctum scil. μεταβαίνειν τὸ θεῖον καταλιπὸν σαῦλον) *inauguratio, consecratio, die heilige Weihe.* Ita de Christianis, qui Spiritus divini edocentis, adhortantis, consolantis, spe laetissima replentis, veniae peccatorum certiores facientis donatione [v. 1 Joh. III, 20. IV, 13.], ad exemplum Jesu eiusdem Spiritus div. donatione muneri suo inaugurati, consecrantur Deo redduntorque ἱεράτευμα ἅγιον καὶ βασίλειον [v. 1 Petr. II, 5. 9.] Ita ter in N. T. ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου καὶ οἴδατε πάντα 1 Joh. II, 20. τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ ἐν ὑμῖν μένει i. e. *die von ihm empfangene heilige Weihe zeigt sich fortwährend wirksam in euch.* v. 27. ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων καὶ ἀληθές ἐστι καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος i. e. *und wie ihr in Folge dieser heiligen Weihe euch belehrt sehet über alles, eben so gründet sich dieselbe auf Wahrheit und findet bei ihr kein Betrug, keine Täuschung statt.* v. 27. Cf. *Lücke* III. p. 147. —

Χριστιανός, οῦ, ὁ, (a χριστός) *Christianus, assecla vel sectator Jesu* Act. XI, 26. XXVI, 28. 1 Petr. IV, 16.

Χριστός, οῦ, ὁ, (unctus, a χρίω, ungo; ita de sacerdotibus ungi solitis apud Hebraeos [Exod. XXVIII, 41.] in muneris sui inauguratione 1 Chron. XVI, 22. Ps. CV, 15. — item de regibus aeque atque sacerdotes unctione inaugurari solitis in imperii auspiciis 2 Macc. I, 24. Siracid. XLVI, 19. in N. T.) *unctus ille notus* i. e. *rex ille e stirpe Davidis oriundus et a Deo olim promissus* i. e. *Messias* a) propr. Matth. I, 1. coll. v. 2. — I, 16. 17. 20. XI, 2. XVI, 16. 20. XXII, 42. XXIII, 8. 10. XXIV, 5. 23. XXVI, 63. XXVII, 17. 22. Marc. I, 1. IX, 41. XIV, 61. Luc. II, 11. — v. 26. et IX, 20. χριστὸς κυρίου vel τοῦ θεοῦ i. e. rex a Deo constitutus cf. Jes.

XLV, 1. et ad h. l. *Gesen.* item 1 Sam. XXIV, 7. — Luc. XXIII, 2. Joh. I, 20. 25. 42. III, 28. IV, 25. 29. 42. Rom. I, 7. 8. XVI, 20. 24. et in sexcentis aliis locis — b) metonym. aa) pro: ὁ λόγος τοῦ χριστοῦ 2 Cor. I, 19. 20. Eph. IV, 20. — bb) pro: *sensus, animus, qui fuit in Christo* Rom. VIII, 10. — cc) pro: ἡ ἐκκλησία τοῦ χριστοῦ 1 Cor. XII, 12.— dd) pro: *felicitas per Christum parta* Gal. III, 27. Phil. III, 8. — ee) *res christiana* Rom. XVI, 3. 9. 1 Cor. IV, 17. —

Χρίω, f. ίσω, (tingo, illino) *ungo, ich salbe,* [propr. Xen. Cyr. VII, 1. 2. Diod. Sic. IV, 36. et de regibus unctione inauguratis muneri suo Sirac. XLVI, 13. XLVIII, 8. LXX pro מָשַׁח Exod. XXVIII, 41. 1 Sam. X, 1. 1 Regg. I, 34. XIX, 16. metaph. i. e. *inauguro aliquem muneri, weihen, zu einem heiligen Amte feierlich einsetzen* a) universe, sq. accus. pers. Luc. IV, 18. Desumta sunt h. l. verba e Jesaia c. LXI, 1. ad quem locum cf. *Gesen.* in Commentar. in Jes. — b) de Jesu, quem πνεύματι ἁγίῳ donando muneri suo inauguravit Deus additis: πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει Act. X, 38. — IV, 27.— sq. duplici accus. et personae et rei [cf. *Winer* p. 89. *Matthiae* §. 421, not. 1. p. 772. *Gesen.* p. 812 sq. *Ewald* p. 588 gr. min. p. 256.] Hebr. I, 9. ἔχρισέ σε — ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. Sunt haec verba Ps. XLV, 6. 7. ubi vid. LXX. — c) de Christianis Spiritu div. donatis et ministerio Dei consecratis 2 Cor. I, 21. καὶ χρίσας ἡμᾶς θεός. Accuratius mentem suam ipse Apostolus explicat v. 22. addens: δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος (de prophetis unctione inauguratis LXX χρίω et מָשַׁח 1 Regg. XIX, 17. de sacerdotibus Exod. XXVIII, 41. Ps. CV, 15. cf. *Winer* bibl. Realw. p. 591.) Saepius non reperitur in N. T.

Χρονίζω, f. ίσω, fut. attic. χρονιῶ, [vid. ἀφορίζω — a χρόνος] *diutius moror, cunctor* a) absolute Matth. XXV, 5. Hebr. X, 37. — b) sq. ἐν c. dat. loci Luc. I, 21. — LXX pro אֵחַר Judd. V, 28. — בֹּשֵׁשׁ Exod. XXXII, 1. (Theophr. Caus. pl. IV, 10. Diod. Sic. II, 27. Polyb. XXXIII, 16. 6.) — c) sq. *infinit.* adverbiascit χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν vel ἔρχεσθαι *mein Herr zögert zu kommen* i. e. *mein Herr kommt noch lange nicht* Matth. XXIV, 48. et Luc. XII, 45. — In LXX et אֵחַר sq. לְ c. inf. Gen. XXXIV, 19. Deut. XXIII, 22.— Saepius non legitur in N. T.

Χρόνος, ου, ὁ, *tempus, die Zeit.* [Nunquam χρόνος de tempore certo et definito adhibetur, sed ubi de tempore certo dicitur, ibi haec vis non est in v. χρόνος, sed in adiectis; notat autem χρόνος ipsum tempus, quasi nudam formam, qua rerum successiones percipimus. Ita *Tittmann* de Synonymis in N. T. p. 39 sq.] a) universe aa) absolute Matth. II, 7. Marc. IX, 21. Luc. IV, 5. Act. I, 7. VII, 23. XV, 33. XVIII, 23.

XXVII, 9. 1 Thess. V, 1. Hebr. XI, 32. Apoc. II, 21. X, 6. (Diod. Sic. I, 3. II, 9. Dem. 1413, 9. Xen. Anab. VII, 7. 47.) — bb) additur genit. rei, tempus accuratius definientis, ut τῆς ἀγνοίας Act. XVII, 30. τοῦ τεκεῖν Luc. I, 57. — Act. III, 21. VII, 17. Gal. IV, 4. 1 Petr. I, 17. IV, 3. (Dionys. Hal. ant. X, 18. Dem. 399, 9. Xen. Mem. I, 4. 12. Hier. I, 19.) — cc) ὁ — ἐν σαρκὶ — χρόνος = ὁ χρόνος τοῦ βίου τοῦ ἐν σαρκί 1 Petr. IV, 2. — b) *genit.* praecedente praeposit., ut ἐκ Luc. VIII, 27. (Diod. Sic. I, 4.) — ἐπί 1 Petr. I. 20. πρό 2 Tim. I, 9. Tit. I, 2. — c) *dativ.* aa) simplex, ubi quaeritur: *quando?* cf. *Matthiae* §. 406, a. p. 742. *Buttm.* §. 120.— πολλοῖς — χρόνοις = *saepe* Luc. VIII, 29. — Act. VIII, 11. Rom. XIV vel XVI, 25. (Herodian. V, 3. 5. Xen. H. G. II, 3. 15.) — bb) praemissa praepos. ἐν Act. I, 6. 21. Jud. v. 18. (Diod. Sic. XIII, 62. Herodian. I, 1. 4. Dem. 343, 2. Xen. H. G. I, 4. 6.) — d) *accus.* aa) ubi quaeritur: *quamdiu?* Marc. II, 19. Luc. XX, 9. Joh. V, 6. VII, 33. XII, 35. XIV, 9. Act. XIII, 18. XIV, 3. 28. XIX, 22. XX, 18. 1 Cor. XVI, 7. χρόνον scil. τινά. Apoc. VI, 11. XX, 3. (Plut. apophth. Phil. Mor. II. p. 15. ed. *Tauchn.* Cebet. tab. c. 2. Xen. Mem. II, 1. 15.) cf. *Matthiae* §. 425, 2. b. p. 785. *Buttm.* §. 118, 8. — bb) praemissa praepos., ut διά Hebr. V, 12. Vide διά p. 276. (Dem. 615. 10.) — ἐπί Luc. XVIII, 4. Act. XVIII, 20. Rom. VII, 1. 1 Cor. VII, 39. Gal. IV, 1. (Diod. Sic. T. X p. 199. ed. *Bip.* Xen. Venat. V, 7.) cf. ἐπί p. 593. — κατὰ τὸν χρόνον = *secundum temporis rationes* Matth. II, 16. (Herodian. I, 1 fin.) cf. κατά p. 803. — μετά Matth. XXV, 19. Hebr. IV, 7. Vide μετά p. 80. — Saepius non extat in N. T.

Χρονοτριβέω, ῶ, f. ήσω, (a χρόνος et τρίβω tero) *tempus tero.* Semel in N. T. Act. XX, 16. — (Scholiast. ad Thuc. III, 38. Eustath. Iliad. Ψ. 1447, 11. 1450, 38. Aristot. Rhet. III, 3.)

Χρυσέος v. **Χρυσοῦς.**

Χρυσίον, ίου, τό, (demin. a χρυσός) *aurum* a) universe Hebr. IX, 4. 1 Petr. I, 7. Apoc. III, 18. XXI, 18. 21. LXX pro זָהָב Exod. XXXVII, 2. 4. 6. (Lucian. Dial. Deorr. V, 1. Plut. apophth. Phil. Mor. II. p. 17. ed. *Tauchn.* Herodian. VI, 7. 22.) — b) metonym. aa) de auro signato: *nummus aureus* Act. III, 6. XX, 33. 1 Petr. I, 18. (Xen. Anab. I, 1. 9.) — bb) de ornamentis aureis 1 Petr. III, 3. quo loco περίθεσις χρυσίων pro: χρυσίον περιθέμενον. Apoc. XVII, 4. XVIII, 16. (Dem. 816, 27. 817, 21.) Saepius non legitur in N. T.

Χρυσοδακτύλιος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a χρυσός et δάκτυλος annulus) *digitus ornatus annulis aureis.* Legitur tantum Jac. II, 2. estque h. l. i. q. χρυσοῦς δακτυλίους ἔχων apud Arrian. diss. epict. I, 22.

Χρυσόλιθος, ου, ὁ, (a χρυσός et λίθος) *Chrysolithus*, nom. gemmae aurei coloris. LXX pro תַּרְשִׁישׁ Exod. XXVIII, 20. nostratibus: *Topazier*. Semel in N. T. Apoc. XXI, 20.

Χρυσόπρασος, ου, ὁ, *Chrysoprasus*, (ex χρυσός et πράσον porrum), nomen gemmae colore porri succum referentis et pellucidae. Semel in N. T. Apoc. XXI, 20.

Χρυσός, οῦ, ὁ, *aurum* a) universe Matth. II, 11. XXIII, 16. 17. Act. XVII, 29. χρυσῷ — χαράγματι τέχνης i. e. auro artificiose sculpto. Apoc. [IX, 7.] XVIII, 17. LXX pro זָהָב Esr. I, 6. (Lucian. Dial. Deorr. II, 2. Herodian. VIII, 7. 4. Xen. Cyr. VIII, 4. 27.) — b) metonym. aa) de ornamentis aureis 1 Cor. III, 12. 1 Tim. II, 9. Jac. V, 3. Apoc. XVII, 4. XVIII, 16. — bb) de nummis aureis Matth. X, 9. (Diod. Sic. III, 44. Herodian. II, 6. 11. Dem. 122, 2.) Saepius non extat in N. T.

Χρυσοῦς, ῆ, οῦν, (forma soluta χρυσέος, α, ον,) *aureus* 2 Tim. II, 20. σκεύη χρυσᾶ. Hebr. IX, 4. στάμνος χρυσῆ Apoc. I, 12. 13. 20. II, 1. IV, 4. V, 8. VIII, 3. IX, 7. 13. 20. XIV, 14. XV, 6. 7. XVII, 4. XXI, 15. Saepius non legitur in N. T. LXX pro זָהָב Gen. XXIV, 22. XL, 42. (Diod. Sic. IV, 26. Aelian. V. H. XI, 9. Lucian. Dial. Deorr. XIII, 2. Herodian. V, 6. 21. Xen. Mem. III, 8. 6.)

Χρυσόω, ῶ, f. ώσω, *auro obduco*. Bis in N. T. et quidem ita, ut nunc addatur χρυσῷ. Apoc. XVII, 4. nunc in χρυσῷ XVIII, 16. Vide ἐν p. 532. — Ita LXX χρυσόω χρυσίῳ Exod. XXVI, 32. pro חִפָּה זָהָב et simplex χρυσόω 2 Chron. III, 7. (Diod. Sic. IV, 47.)

Χρώς, τός, ὁ, *cutis*. Semel in N. T. Act. XIX, 12. — (Artemid. I, 64. Theophr. Char. XVIII, vel X, 4. Aelian. V. H. XI, 10.)

Χωλός, ή, όν, (a χάω, χαλάω) 1) *claudus*, de hominibus pede claudis a) propr. Matth. XI, 5. XV, 30. 31. XVIII, 18. XXI, 14. Luc. VII, 22. XIV, 13. 21. Joh. V, 3. Act. III, 2. [11.] VIII, 7. XIV, 8. (Lucian. Dial. Deorr. V, 6. Aelian. V. H. XI, 9. Xen. Cyr. I, 4. 11.) — b) in similitudine Hebr. XII, 13. — 2) pro: *ἀναπηρός*, *pede mutilus*. Marc. IX, 45. Cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 474.* et quae supra sub κωφός nr. 2. a. adnotata sunt.

Χώρα, ας, ἡ, (i. q. χῶρος, locus, Platz, Stelle Xen. Mem. III, 8. 10. Dem. 701, 16. Polyb. III, 46. 9. a χάω) 1) *regio, Gegend* a) propr. Marc. V, 10. Luc. II, 8. III, 1. τραχωνίτις χώρα. XV, 13. 14. 15. XIX, 12. Joh. XI, 54. 55. Act. VIII, 1. X, 39. XIII, 49. XVI, 6. XVIII, 23. XXVI, 20. — LXX ita pro אֶרֶץ Jos. V, 12. שָׂדֶה Gen. XXXII, 3. — Matth.

IV, 16. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου pro: ἐν χώρᾳ σκοτεινοτάτῃ *in regione tenebricosissima.* — b) addito pronom. personali: *regio* vel *terra patria alicuius* Matth. II, 12. ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. — * c) ubi regioni tribuitur, quod non nisi in homines cadit, commemorari igitur poterant: *incolae regionis* Marc. I, 5. Act. XII, 20. (Sirac. XLVII, 17. Similiter nos: die ganze Stadt wundert sich.) — d) addito urbis vel vici nomine: *ager* i. e. *Gebiet* Matth. VIII, 28. Marc. V, 1. Luc. VIII, 26. (Diod. Sic. I, 56. Herodian. III, 9. 5 et 6. Xen. Mem. III, 5. 26.) — 2) *rus*, i. e. *agri* a) quatenus opp. urbi Luc. XXI, 21. (Plutarch. apophth. Alex. Mor. II. p. 25. ed. *Tauchn.* Dem. 255, ult. Xen. Cyr. VII, 1. 43.) — b) quatenus aratur, semine conspergitur, colitur Luc. XII, 16. Joh. IV, 35. Jac. V, 4. (Herodian. VI, 8. 4. Xen. Mem. III, 6. 11.) — c) = *terra continens, festes Land* Act. XXVII, 27. ὑπένοουν οἱ ναῦται προςάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν. Saepius non extat in N. T.

Χωραζίν v. *Χοραζίν.*

Χωρέω, ῶ, f. ήσω, (a χῶρος, locus, Raum, Platz; locum do, Platz machen, weichen Hom. Iliad. XVI, 592. sq. genit. rei, a qua recedit aliquis Hom. Iliad. XII, 406.) 1) *eo, abeo, von der Stelle gehen, sich fortbewegen*, sq. εἰς c. accus. loci vel status Matth. XV, 17. 2 Petr. III, 9. (εἰς ναῦν Aeschyl. Pers. v. 385. ἐπί c. accus. loci Herodian. VIII, 4. 12. VIII, 5. 13. Thuc. IV, 31. κατά c. accus. rei Xen. Cyr. VII, 5. 16.) cf. *Viger.* p. 323. — 2) *procedo*, [propr. καὶ νὺξ ἐχώρει Aeschyl. Pers. v. 390. ed. *Blomfield.*] metaph. *von statten gehen, Fortgang haben*, sq. ἔν τινι = *unter Jemandem, bei Jemandem* Joh. VIII, 37. Cf. *Lücke* II. p. 229. (addito dat. commodi Herodot. III, 39. V, 89. — Diod. Sic. II, 18. Dion. Hal. ant. Tom. II. p. 130. Jos. Ant. VI, 10. 2. 2 Macc. XV, 37.) cf. *Viger.* p. 326. — 3) *locum capio, ich nehme einen Raum ein* a) propr., de rebus capientibus aliquid, *in sich fassen*, ut ὑδρίαι — χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς Joh. II, 6. — XXI, 25. — LXX pro הֵכִיל 1 Regg. VII, 38. pro הֶחֱזִיק 2 Chron. IV, 5. (Aelian. V. H. I, 3. II, 41. Artemid. II, 61. Xen. Anab. I, 5. 6.) — de loco hominum multitudinem non capiente Marc. II, 2. —(Thuc. II, 17.) — b) metaph. aa) *fero, sustineo, par sum alicui rei*, [*capiendi* enim et *ferendi* facultas certa quadam mensura, spatii illa, haec virium nititur] Matth. XIX, 12 bis. (οὐδὲ τὸ κάτωνος φρόνημα χωροῦσι Plut. vit. Cat. min. c. 64. τὴν πλεονεξίαν τινὸς χωρεῖν Dem. 118, 8. — Aeschin. 77, 10. — *capio*, ut amentiam Cicer. pro Milon. c. 32.) — bb) *intelligo*, ut τὸν λόγον τοῦτον Matth. XIX, 11. Vide ad h. l. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 597. et *Vater.* — χωρήσατε ἡμᾶς 2 Cor. VII, 2. Saepius non legitur in N. T.

Χωρίζω, f. ίσω, (a χωρίς quod v.) 1) activum: *seiungo, separo*, sq. accus. Matth. XIX, 6 et Marc. X, 9. — (Polyb. VI, 31. 4. Xen. Cyr. VI, 1. 8.) — additur ἀπό c. genit. Rom. VIII, 35. 39. Hebr. VII, 26. κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν. (Sap. I, 3. Plato Phaedon. c. 12. ed. *Fischer*.) — 2) Medium χωρίζομαι et aor. 1. pass. ἐχωρίσθην. signif. med. [vid. διακονέω] *seiungo me ab aliquo* a) universe aa) absolute 1 Cor. VII, 11. 15. Philem. v. 15. (Diod. Sic. XIII, 5.) — bb) sq. ἀπό τινος 1 Cor. VII, 10. — b) de discedentibus: *abeo, discedo*, ut ἀπὸ ἱερουσαλὴμ Act. I, 4. ἐκ τῶν ἀθηνῶν. XVIII, 1. ἐκ τῆς ῥώμης. v. 2. (seq. ἐκ Diod. Sic. XIX, 65. 2 Macc. V, 21. XII, 12. Polyb. III, 94. 9. — seq. ἐκ Polyb. III, 90. 2.) Saepius non reperitur in N. T.

Χωρίον, ου, τό, (demin. a χῶρος, χώρα, locus Xen. Mem. III, 5. 26. Diod. Sic. I, 7 et 56. regio Xen. H. G. V, 1. 7.) 1) *praedium* Matth. XXVI, 36. Marc. XIV, 32. Act. XXVIII, 7. (Dionys. Hal. Ant. X, 8. Aelian. V. H. XIV, 14. Parthenius Erotic. XXVI, p. 61. Artemid. III, 53. Xen. H. G. III, 3. 5. Thuc. I, 106.) — 2) *ager*, τὰ χωρία, *agri* Joh. IV, 5. Act. I, 18. 19. IV, 34. V, 3. 8. (Xen. Anab. V, 5. 11.) Saepius non extat in N. T.

Χωρίς, adv. 1) *seorsim, separatim* a) absolute Joh. XX, 7. χωρὶς ἐντετυλιγμένον. (Polyb. V, 26. 3. Xen. Cyr. II, 1. 18. Aeschin. 5, 32.) — b) seq. genit. Joh. XV, 5. χωρὶς ἐμοῦ i. e. χωρισθέντες ἐμοῦ vel ἀπ' ἐμοῦ. Eph. II, 12. χωρὶς [i. e. χωρισθέντες] χριστοῦ. (Xen. Cyr. VI, 1. 7.) — 2) praepositionis locum tenet; *sine, absque* sq. genit. Matth. XIII, 34 et Marc. IV, 34. χωρὶς παραβολῆς. Luc. VI, 49. χωρὶς θεμελίου. Joh. I, 3. Rom. III, 21. 28. IV, 6. VII, 8. 9. X, 14. 1 Cor. IV, 8. XI, 11. Phil. II, 14. 1 Tim. II, 8. V, 21. Philem. v. 14. Hebr. VII, 7. 20. 21. IX, 7. 18. 22. — ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται, *absque peccati culpa* i. e. *ita, ut non iterum sustineat culpam peccatorum humanorum*, vel ut scite *Schulz*: *ohne Sündengeschäft*. IX, 28. — Hebr. X, 28. XI, 6. 40. XII, 8. 14. Jacob. II, 20. 26. (Diod. Sic. III, 33. Polyb. II, 21. 4.) — 3) *praeter, excepto* Matth. XIV, 21. XV, 38. 2 Cor. XI, 28. Hebr. IV, 15. (Diod. Sic. II, 9. Polyb. VI, 56. 13. Xen. Cyr. I, 5. 5.) cf. *Matthiae* §. [illegible] p. 667. *Viger*. p. 673. 674. *Fischer* ad Weller. T. III. P. I p. 78. *Buttm*. §. 133, 2.

Χῶρος, ου, ὁ, *Corus* vel *Caurus*, nom. venti spirantis inter occidentem et septentrionem, *Nordwestwind*. Semel in N. T. pro: *plaga coeli, a qua flat corus* Act. XXVII, 12. λιμένα τῆς κρήτης βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ χῶρον. (*Corus* apud Caesar. Bell. Gall. V, 7.)

Ψ.

Ψ ά λ λ ω, f. *ψαλῶ*, (impello, ut *βέλος ἐκ κέρατος* Anthol. gr. T. II. p. 240. *Jacobs.* tango, ut *χορδήν* Eurip. et Aristot. in Problem., chordas tango, fidibus cano Plutarch. Vit. Pericl. c. 1. Artemid. I, 56. LXX pro נִגֵּן 1 Sam. XVI, 16. et זִמֵּר Ps. XXXII, 2. LXXI, 22.) *cano* sq. dat. pers. *in honorem alicuius* [*Matthiae* §. 394. p. 722. *Winer* p. 84. *Buttm.* §. 120, 2. 3.] i. e. *laudes alicuius cano*, legitur in N. T. quater de iis, qui laudes Dei celebrant vel canunt a) sq. dat. *τῷ κυρίῳ* vel *τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου* Rom. XV, 9. Eph. V, 19. Ita LXX et hebr. זִמֵּר sq. dat. Ps. IX, 2. XVIII, 50. XXX, 5. XLVII, 7. Judd. V, 3. — b) absolute Jac. V, 13. *εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω.* 1 Cor. XIV, 15. *ψαλῶ τῷ πνεύματι* [*canam animo:* cf. de dat. modum indicante *Winer* II. p. 71. *Matthiae* §. 400, 5. p. 731.] *ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ*, *canam vero etiam menti* i. e. *in commodum mentis* vel ut Paulus ipse explicat; *ἵνα καρπὸν ἔχῃ ὁ νοῦς μου* coll. v. 14. —

Ψ α λ μ ό ς, *οῦ*, *ὁ*, (a *ψάλλω*, quod v. impulsus, tactus, fidium pulsatio Anthol. gr. T. IV. p. 257. II. p. 74. ed. *Jacobs.* LXX pro נִגֵּן 1 Sam. XVI, 16.) *canticum, carmen* — de carminibus Deum celebrantibus vel hymnis a) proprie 1 Cor. XIV, 26. Eph. V, 19. Col. III, 16. LXX in inscriptionibus Psalmorum 3—9. — b) metonym. de hymnorum collectione, quos Psalmos V. T. nominamus Luc. XX, 42. XXIV, 44. Act. I, 20. XIII, 33.

Ψ ε υ δ ά δ ε λ φ ο ς, *ου*, *ὁ*, (a *ψεῦδος* et *ἀδελφός*) *frater falsus* vel *simulatus*, sensu christiano: *cultor Jesu simulatus* i. e. *qui Christiani speciem prae se fert, sed alienus est a vera pietate ac sapientia christiana*, utpote iudaicae disciplinae tenacior. Bis in N. T. 2 Cor. XI, 26. Gal. II, 4.

Ψ ε υ δ α π ό σ τ ο λ ο ς, *ου*, *ὁ*, (a *ψεύδω* et *ἀπόστολος*) *falsus* vel *simulatus legatus*, sensu christiano: *qui falso se legatum Jesu profitetur.* Semel in N. T. 2 Cor. XI, 13.

Ψ ε υ δ ή ς, *έος*, *οῦς*, *ὁ*, *ἡ*, — *ές*, *τό*, *mendax, falsus.* Ter in N. T., ut *μάρτυρ ψ.* Act. VI, 13. Apoc. II, 2 XXI, 8. LXX pro אִישׁ כָּזָב Prov. XIX, 22. (Plut. de discrim. adulat. et amici c. 24. Mor. I. p. 149. ed. *Tauchn.* Herodian, III, 12. 21. Artemid. III, 66. Thuc. IV, 27.)

Ψ ε υ δ ο δ ι δ ά σ κ α λ ο ς, *ου*, *ὁ*, (a *ψευδής* et *διδάσκαλος*) *falsus doctor.* Extat tantum 2 Petr. II, 1.

Ψ ε υ δ ο λ ό γ ο ς, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (a *ψευδής* et *λόγος*) *mendax, qui loquitur falsa*, de eo, qui falsa docet; semel 1 Tim. IV, 2. (universe Polyb. XXXII, 8. 9. Aesop. fab. 103.)

Ψεύδομαι, f. εύσομαι, medium [verbi ψεύδω, fallo, decipio, belügen] *mentior* a) absolute Matth. V, 11. καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι. — οὐ ψεύδομαι Rom. IX, 1. 2 Cor. XI, 31. Gal. I, 20. 1 Tim. II, 7. — ἀδύνατον θεὸν ψεύσασθαι Hebr. VI, 18. μὴ ψεύδεσθε Jac. III, 14. ψευδόμεθα 1 Joh. I, 6. ψεύδονται Apoc. III, 9. (Sirac. VII, 13. Plut. apophth. Phil. Mor. II. p. 16. ed. *Tauchn.* Herodian. I, 4. 21. Xen. Mem. II, 6. 36.) — b) sq. accus. person. i. e. *mendacio fallo* Act. V, 3. (Herodian. II, 11. 12. II, 7. 2. Xen. Anab. I, 3. 10 et Cyr. I, 6. 19.) — c) *sq. dativo* item εἴς τινα, *mendacio uti in detrimentum alicuius = mendacio fallo aliquem* [*Matthiae* §. 394. p. 722. *Winer* p. 84.] Act. V, 4. — Col. III. 9. μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους. Vide εἰς p. 425. — (sq. dat. LXX Ps. XVIII, 49. LXXVIII, 36. sq. πρός c. accus. Xen. Anab. I, 3. 5.) Saepius non legitur in N. T.

Ψευδόμαρτυρ, ος, ὁ, (a ψεύδω et μάρτυρ) *testis falsus.* Ter in N. T. Matth. XXVI, 60. ubi bis et 1 Cor. XV, 15. ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ *Dei ratione habita, in Beziehung auf Gott* cf. *Matthiae* §. 339. p. 647. *Buttm.* §. 119, 6. 1. *Winer* p. 77. II. p. 61.

Ψευδομαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, (a ψευδόμαρτυρ) *falso testor*, *falsum testimonium edo* Matth. XIX, 18. et ex lect. vulg. Rom. XIII, 9. οὐ ψευδομαρτυρήσεις. De h. l. οὐ c. fut. vid. οὐ p. 203. — Marc. X, 19 et Luc. XVIII, 20. μὴ ψευδομαρτυρήσῃς cf. μή p. 96 sq. — sq. κατά τινος Marc. XIV, 56. 57. (Dem. 851, 13. Xen. Mem. IV, 4. 11.) Saepius non reperitur in N. T.

Ψευδομαρτυρία, ας, ἡ, *falsum testimonium.* Bis in N. T. Matth. XV, 19. XXVI, 59. (Dem. 846, ult. Andocid. 35, ult.)

Ψευδοπροφήτης, ου, ὁ, (a ψεῦδος et προφήτης) *qui mentitur afflatum divinum* a) de vatibus falsis Matth. XXIV, 24. Marc. XIII, 22. Luc. VI, 26. Act. XIII, 6. 2 Petr. II, 1. Apoc. XVI, 13. XIX, 20. XX, 10. Ita LXX Jer. VI, 13. XXVI, 7. 8. — b) de doctoribus falsis Matth. VII, 15. XXIV, 11. 1 Joh. IV, 1. Saepius non legitur in N. T.

Ψεῦδος, εος, ους, τό, 1) *mendacium* a) propr. Joh. VIII, 44. Eph. IV, 25. Apoc. XXI, 27. ποιῶν ψεῦδος mendacio deditus. XXII, 15. (Sirac. XX, 24. Diod. Sic. I, 38. Polyb. XII, 7. 4. Aelian. V. H. V, 21. Xen. Mem. IV, 2. 17.) LXX pro כָּזָב Hos. IV, 2. — b) pro: ψευδές, *in quo nihil veri inest* 1 Joh. II, 27. — genit. adiectivi loco positus [vid. ad φῶς ab initio observata] 2 Thess. II, 9. — 2) *quicquid tale non est, quale se esse profitetur* vel *quale esse putatur, res falsa;* ita de falsa doctrina 2 Thess. II, 11. 1 Joh. II, 21.

[L]X pro שֶׁקֶר Jer. XIV, 14. — de falsis numinibus Rom. I, . — Ita LXX et hebr. שֶׁקֶר Jer. XIII, 23. Saepius non re-ritur in N. T.

Ψευδόχριστος, ου, ὁ, (a ψεύδομαι et χριστός quod [v].) *falsus Messias, falso Messiae nomen et dignitatem [s]i tribuens.* Bis in N. T. Matth. XXIV, 4. Marc. XIII, 22.

Ψευδώνυμος, ου, ὁ, (a ψεῦδος et ὄνομα) *non re-ondens nomini suo, falso nominatus.* Legitur tantum 1 Tim. [V]I, 20. ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. (Plut. de fra-[te]rn. amor. c. 4. Mor. III. p. 294. ed. *Tauchn.* Philo de con-[f]. ling. p. 353. B. Aeschyl. Prometh. vinct. 716.)

Ψεῦσμα, τος, τό, (a ψεύδω quod v. mendacium Lucian. [Ti]mon. §. 58. et in epigr. incert. auct. Anthol. gr. T. IV. 183. ex emendatione Jacobsii Anthol. gr. T. XII. p. 54.) [pe]*rfidia*, alii; *improbitas.* Semel in N. T. Rom. III, 7 coll. 5 et 8.

Ψευστής, οῦ, ὁ, *mendax* a) universe, *der Lügner, ein* [L]*ügner* Joh. VIII, 44. 45. 1 Tim. I, 10. Tit. I, 12. 1 Joh. 10. II, 4. IV, 20. V, 10. (Sirac. XXV, 2. Diod. Sic. I, 76.)— de homine perfido vel improbo Rom. III, 4. — c) de [fa]lso doctore 1 Joh. II, 22 coll. v. 18. Saepius non extat N. T.

Ψηλαφάω, ῶ, f. ήσω, (ductum, ut videtur, a ψάω, ἅλλω) *contrecto, palpo*, sq. accus., ita quater in N. T. Luc. XIV, 39. Act. XVII, 27. Hebr. XII, 20. 1 Joh. I, 1. LXX [pr]o מוּשׁ et מָשַׁשׁ Gen. XXVII, 12. 21. Ps. CXV, 7. (Polyb. III, 31. 8. Artemid. I, 26. Xen. de re eq. II, 4. Hom. Odyss. [I]X, 416.)

Ψηφίζω, f. ίσω, (a ψῆφος, quod v. calculis numero, [ca]lculos subduco, ut in abaco Polyb. V, 26. 13.) *computo,* [su]*pputo.* Bis in N. T. ψηφίζειν δαπάνην Luc. XIV, 28. [ἀρ]ιθμόν Apoc. XIII, 18. (Artemid. II, 70. Arrian. diss. [Ep]ict. I. c. 10.)

Ψῆφος, ου, ἡ, 1) *calculus, lapillus* [propr. Exod. [I]V, 25. in abaco Polyb. V, 26. 13. in annulo Artemid. II, 5. [i]n suffragiis ferendis Aelian. V. H. XIII, 38.] *tesserae* sens. [A]poc. II, 17. — 2) *suffragium,* καταφέρειν ψῆφον *calculum* [a]*ddere* i. e. *assentiri, probare.* Ita Act. XXVI, 10. (de suf-[fr]agio Aelian. V. H. I, 34. Lucian. Dial. Deorr. XX, 17. He-[ro]dian. VII, 10. 5. Dem. 808. Xen. Mem. I, 1. 18. Thuc. I, 40. [I]I, 82.) Saepius non legitur in N. T.

Ψιθυρισμός, οῦ, ὁ, (a ψιθυρίζω insusurro in aures [A]elian. V. H. IX, 17. Polyb. XV, 27. 10. LXX 2 Sam. XII, 19.) [i]*nsusurratio*, semel legitur in N. T. de *calumnia clande-*[s]*tina, Ohrenbläserei* 2 Cor. XII, 20. (ita ψιθυρίζω Siracid. [X]XI, 28.)

Ψιθυριστής, οῦ, ὁ, (a ψιθυρίζω) *susurrator*, de eo, qui clam calumniatur, *Ohrenbläser*. Extat tantum Rom. I, 30. (Dem. 1318, 6. Vide vocab. praecedens.)

Ψιχίον, ίου, τό, (a ψίξ, ιχός, ἡ, mica) *parva mica, frustulum*. Ter in N. T. Matth. XV, 27. Marc. VII, 28. Luc. XVI, 21. — Vox, incognita Graecis, vid. *Passow* II. p. 1112. —

Ψυχή, ῆς, ἡ, 1) *anima* i. e. *vis vitalis, cuius sedes habebatur Spiritus, das belebende Princip im thierischen Körper, dessen Sitz man im Athem setzte*, a) propr. Act. XX, 10. Apoc. VIII, 9. — LXX ita et hebr. נֶפֶשׁ Gen. I, 20. 30. XXXV, 18. 1 Regg. XVII, 21. (Sap. XV, 8. Diod. Sic. T. IV. p. 25. ed. *Bip.* Aelian. V. H. XIII, 20. XIV, 24. Xen. Mem. I, 2. 53.) —

